

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Tractatvs XIX. Et disputatio vnica, De Sacramento Baptismi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)



TRACTATVS XIX.

E T DISPVVTATIO VNICA, DE SACRAMENTO BAPTISMI.

BXPLICATIS in supradicto Tractatu iis, quæ omnibus Sacramentis communia sunt singulorum sacramentorum explicationem aggredimur, incipientes à Baptismo ut potest ianua reliquorum, & vita spiritualis fonte, ac radice.

PVNCTVM I.

De Baptismi nomine, eiusque definitione.

1. Expenditur nomen baptismi.
2. Definitio baptismi explicatur.

BOc Sacramentum, quo à peccato originali mundatur, & in domesticos Christi signallatur, sive iuxta Patres, & Doctores baptismum appellant, eò quod per immersionem, vel affusionem aquæ praefatur. Baptismi namque vox Latine idem est quod immersio, vel intinctio recte Ambro. Calepino verbo *Baptismus*. Ob varios tamen sacramenta effectus aliis etiam nominibus hoc Sacramentum Patres nominauerunt, ut videre est apud D. Thom. q. 66. art. 1. ad 1. Bellarmin. lib. 3. de sacram. cap. 1. Suar. q. 66. art. 1. in comment. Vasq. disp. 140. cap. 1. Præcipua sunt esse sacramenta regenerationis, fiduci, donis, seu gratia, vñctionis, illuminationis, induimenti, & figilli. His virtutib. Nazianzen. orat. 40. in sanctum Baptisma non longè à principio. Chrysost. homil. ad baptizandos, rom. 1. Tertullian. lib. de Baptismo. Basil. in exhort. de baptiz. an. Cyril. Catech. 3. cap. 17. Clem. Alexandr. lib. 1. padagogie, c. 6. Ambro. lib. 2. de sac. in fine, & lib. 3. in prin. & alij Patres. Dicitur sacramentum regenerationis, qui eo demù nascimus & regeneramur. Iuxta illud Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Fidei Sacramentum appellatur, quia in eo sit prima, & solēns fidei professio. *Gratia* seu *doni*, quia in eo gratia prima abique viro nostro merito liberalissime confertur, integrâque peccatorum quoad culpam, & peccatum remitto. *Vñctionis*, quia Spiritus sancti gratia vngui participes regni, & sacerdotij Christi. *Illuminationis*, quia fide accepta in cognitione Dei illuminamur. *Indumentum*, quia nuditas per peccatum contrâgraia huius sacramenti tollitur. *Sigillū*, quia in oves Christi primo signillamur. Insuper solet vocari *Circumcisio Christi non manufacta*, ad Coloss. 2. quia loco corporalis circumcisionis antiquæ hac spiritualis circumcisione succedit. Deinde appellatur, *crux* & *sepultura*. Ad Roman. 6. quia baptismus verus homo moritur, & quasi sepelitur, nūmque induimus, qui secundum Deum creatus es. Denique dicitur *principium & ianua sacramentorum*, qui eo redditur baptizatus aperius ad reliqua sacramenta suscipienda.

2. Baptismi nomine explicatio. Doctores sequentes Mag. in 4. disp. 3. definit, ut sit ablutionis corporis exterioris facta sub praescripta forma verborum. Cui definitio ut recta sit, subintelligi debet cum debita intentione. Nam stare oportet potest ablutionis corporis sub forma verborum pro baptismis praescripta, non tamen fieri Baptismum, eo quod deficiat legitimâ intentione. Hac enim ratione si aliquem ablueres profens baptismi formam praescriptam absque intentione illum regenerandi, sed animo cantum representandi quod ab Ecclesia Catholica sit, baptismum non conficeres. Benè tamen posses ludens & representans Ecclesiæ Baptismum aliquem

baptizare, si animo regenerandi ablueres sub praescripta forma baptismi. Qualiter Athanasius contigit, qui etiæ ludens, & representans Ecclesiæ baptismum, quia tamè verum animum, & intentionem faciens quod Ecclesiæ faciebat, habuit, verum baptismum pluribus non baptizatis contulit. Sic ut testatur Ruffin. lib. 1. hist. cap. 14. Sozomen. lib. 2. cap. 16. & refertur in cap. *Spiritus sanctus*, l. q. 1. Et ergo baptismi definitio non solum ablutionis corporis sub praescripta verborum forma, sed cum debita intentione facta. Quapropter Cathechismus Romanus, 2. p. 2. dixit. Baptismus est sacramentum regenerationis per aquam in verbo vite. *Sacramentum* constitutum loco generis, *regenerationis* per aquam in verbo vite loco differentia. Nam baptismus differet a reliquis sacramentis, eo quod diversum habeat materia, & formam physicam, diuersamque significacionem. Habet namque pro materia aquam, non vtcumque, sed corpus lavantempro forma physica verba à Christo Domino instituta, que verba comparata ad ablutionem, quia eam determinant, sunt forma. At quia ex prolatione illorum verborum & ex ablutione cum intentione regenerandi baptismus integra significatio sacramenti configuratur, ea de causa ablutionis, & prolationis verborum habent se ut materia sacramenti, significatio vero ut forma, quæ vlo verba regenerationis indicata est à Cathechismo Romano. Hoc enim sacramento Christo regeneramur, quia eius virtute primam spiritualem vitam consequimur. Sic explicat Suar. Baptismi definitionem, 3. p. q. 66. art. 1. in comment. iunctis his quæ dixerat. disp. 2. sect. 1. Agid. de Comach. ibi Vasq. disp. 140. c. 1. n. 2. Bonac. disp. 2. de baptism. q. 2. p. 1. n. 1.

PVNCTVM II.

De tempore, quo hoc Sacramentum institutum est, & de differentia eius à Ioannis baptismo.

1. Fuisse à Christo hoc sacramentum institutum post resurrectionem qui defendant, & qualiter probent.
 2. Ante mortem eius fuisse hoc sacramentum institutum.
 3. Satisfit oppositis rationibus num. 1. relatis.
 4. Quo die fuisse institutum, hoc sacramentum? Incertum est. Plures censem post plures dies à Ioannis baptismo.
 5. Probabilius est ad die, quo fuit Christus à Ioanne baptistatus baptismum instituisse.
 6. Est satis fundamentis q. 4. adductis.
 7. Qualiter baptismus à Christo institutus differat à Ioannis baptisme.
1. Quid ad institutionem huius sacramenti attinet, fide tenendum est esse à Christo Domino institutum, sicuti de omnibus sacramentis definit. Trid. sess. 7. can. 1. Quod autem tempore institutum sit, non ita certum est. Nam aliqui gravissimi doctores docent fuisse institutum post resurrectionem, cum Apostolis dixit. *Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*; sic docuit exceptio

presb̄ Tertullian. lib. de baptismo cap. 11. n. 36. Rupert. lib. 4. in Iohann. c. 1. Chrysostom. 28. in Iohann. Theophylact. Iohann. 3. in illa verba. Post hoc venit Iesus. Leo. 1. in ep̄sola. 4. decretali ad uniuersos Ep̄sopos Sicilia, cap. 1. & satis indicat D. Thom. q. 9. 3. art. 5. ad 4. in priori solut. & probabilem reputat Canis lib. 6. de locis e. f. quarto si longiore. Mouentur primum, quia nulli legitur Dominum formam baptismi expressissimè, neque videntem designasse, nisi post resurrectionem. Imo potius Iohannes 10. mittens discipulos suos ad annunciadum regnum Dei, varias potestates concepsit etiendi dæmonia, & curandi infirmitates, si autem baptismus institutus esset, moneret illos, sicuti post resurrectionem fecit, ut docerent gentes, & in nomine Trinitatis baptizarent. Secundò probant ex illo Iohann. 7. ybi Euangelista testatur nondum Spiritum datum esse, quia Iesus nondum erat glorificatus, hoc est, quia nondum erat mortuus, & resuscitatus. Si autem baptismus, quo Spiritus sanctus confertur, esset ante Christi passionem, & eius gloriosam resurrectionem institutus, Spiritus sanctus datus esset. Signum ergo est baptismum institutum non fuisse. Tertiò probant, quia Iohann. cap. 4. initio expressis Christum Dominum non per se, sed per discipulos baptizantes, cuius expressionis nulla excogitari rationabilis causa potest, nisi quia cius discipuli baptizabant Iohannis baptismo, cuius vobis Christum non decebat. Tandem, quia baptismus habet ex se ianam regni caelestis aperire. At hac aperta non est, quoque Christus Dominus morte sua integrè satisfecit nostrorum peccatorum debito. Ergo ante hanc plenam satisfactionem non fuit institutus.

2. Ceterum tenendum est cum communī, longēque probabili sententia Christum Dominum ante mortem suam baptisimus instituisse: sic docuit Cyril. lib. 2. in Iohann. c. 7. Nazianzen. orat. 39. August. variis in locis, recipue tract. 13. & 15. in Iohann. cap. 57. D. Thom. q. 66. art. 2. Magist. in 4. d. 3. & pluribus relatis firmat Suar. disp. 19. scilicet 1. concil. 1. Vafq. disp. 140. cap. 3. Regid. de Conting. q. 66. art. 2. Bonac. disp. 2. de baptism. q. 2. pun. 1. Paul. Laymann. lib. 5. sum tract. 1. cap. 2. m. Probatur, quia ante passionem Christi Domini eius discipuli baptizabant, ut expressè habetur Iohann. 4. ibi audierunt Pharisæi, quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quād Iohannes, quamquam Iesus non baptizareret, sed discipuli cius. At non est credibile eos baptizare baptismus Iohannis, neque alio baptismō ab eo, qui nunc est. Ergo baptismus ante passionem Christi fuit institutus. Minorem, in qua est difficultas, sic prob. Et in primis, quod discipuli Christi non baptizarent baptismō Iohannis videtur manifestum. Tum quād non diceretur Christus medis illis baptizare, sed pōtius Iohannes, cuius erat baptismus. Tūnī quād discipuli Iohannis non conquererentur, quod Christi discipuli baptizarent, si baptismo Iohannis vtererentur, imo potius gaudere deberent, quod sui magistri baptismus à Christo, eiusque discipulis approbaretur. Tum denique, quia ipi Iohannes dixit se baptizare in aqua, Christum Dominum baptizaturum in Spiritu sancto Iohann. 1. & Matth. 3, ob quam causam plures ad Christum baptizandi concurrebant. Quod vero discipuli Christi non baptizarent, alio baptismō ab eo, qui nunc est, inde probatur, quia ex scriptura cōstat Christum Dominum, cuiusque discipulos baptizante in Spiritu sancto, & igni, hoc est baptismō conferente Spiritum sanctum, animum inflammante, & tanquam ignis à rubigine peccatorum purgante. Iohann. 1. Matth. 3. nec de alio baptismō constat, nec Christum, cuiusque discipulos debeat. Sed baptismus, vi cuius Spiritus sanctus per gratiam, & charitatem communicatur, est baptisma, qui nunc est in Ecclesiā. Ergo nullo alio Christus Dominus, cuiusque discipuli vobis fuerunt. Secundò probbo, quia ante passionem Christi institutum est Eucharistiae sacramentum, & discipulis ministratum, ipsique discipuli ordinibus initiati sunt. At non est credendum prius Eucharistiae participasse, & ordinis sacramentum receisse, quād baptismum, cum baptismus omnium sacramentorum ianuam sit, & initium. Fingere autem Christum Dominum in hac parte dispensasse, & sacramentorum dispositionem mutasse incongruum est, cum nulla sit huius fictionis necessitas, nec fundamentum. Addit plures Patres testari Christum Dominum suis manibus aliquos baptizasse, nam baptizasse Petrum testatur Nicerop. lib. 2. historias. cap. 3. & Nazianzen. orat. 39. Beata Virginem, & virtutemque, & Theophil. in cap. 3. Iohann. mo nostrar doctissimus Maldeon. Iohann. 3. quem sequitur Vafq. q. 66. art. 2. disp. 140. cap. 5. affirmat Christum Dominum suis manibus plures baptizasse, tametsi non frequenter; frequenter enim per discipulos faciebat. Sic explicant locum Iohann. 4. vbi dicuntur Christum non baptizasse, sed discipulos eius, cum ramen Iohann. 3. dixerit Christum baptizasse, ut sic sensus Christum non baptizasse frequenter, benē tamen aliquoties, sed raro.

3. Ex his facile est rationibus oppositis satisfacere. Ad primam nego nullibi esse indicatam à Christo Domino ante suam passionem formam baptismi: satis enim indicata fuit, cum à Iohanne fuit baptizatus, & praecepit cum eius Apostoli baptizarent baptismō à Iohanne prænunciato, quo Spiritus

sanc̄tas communicaretur. Neque enim credendum est Ap̄stolos sub alia forma, quād Trinitatis baptis̄mum ministraſe, alias diuerſum sacramentum esset, praecepit cum myste‐rium sanctissimi & Trinitatis sap̄e Christus Dominus declarauerit, & ad eum incommunicandis hominibus illius nositiam car‐nem assumperit. Taceor tamen post suam resurrectionem illud mysterium sub verbis expressissimè propoſuisse, & solemniter publicare, non quia discipuli illud ignorarent, cūm plene iam essent instruti Spiritu sancto, sed ut omnibus confitaret ab eo tempore baptismum sub nomine Trinitatis Patis, & Filii, & Spiritus sancti collatum medium esse ad salutem necessarium, illisque mysterii notitiam omnes habere debere. Quod vero Iohannes 10. mentionem non fecerit baptismū, cūm discipulos ad praedicandum misit, ideo fuit, quia paulo antea data fuerat discipulis baptizandi potestas, ac proinde opus non erat eam reperire. Deinde quia non paucum omnes baptizandi erant, sed qui in Christum crederent, quos sciebat ante eius mortem non ita plures futuros esse. Ad secundum ex illo Iohann. 7. responde Spiritum sanctorum visibili formā, & abundanter non esse datum, quia Iesus glorificatus non erat. At datus erat inuisibiliter, alia Magdalena remissa esset peccata; neque Bucharistiā conferens gratiam instituta. Ad tertium, ex illo Iohann. 4. satiſfactum est in probatione nostra conclusionis. Ad ultimum concedo ianuam regni caelestis apertam non esse ante Christi passionem, & gloriosam resurrectionem, quia usque ad illud tempus nostrorum peccatorum debitum secundum diuinam ordinationem non erat integre perfolatum. Sed non inde inferitur baptismum instaurum non esse efficax ad gratiam communicandam. Nam illam ante passionem communicabat tum ob merita infinita Christi Domini, quād illius institutionem praecesserant. Tunc ob meritā futura usque ad illud tempus nostrorum peccatorum debitum morientem perduceret ad regna celorum, hoc non proueniebat ex defectu gratiae, & baptismi, sed ex eo quod diuinā ordinationē statutum erat nemini regnum celorum aperiendū esse, quoque Christus Dominus plenē, & integrē debitum humanā naturā perfolueret.

4. Sed quo die ante mortem Christi fuerit baptismus institutus, incertissimum est. Plures doctores centent non fuisse institutum eo tempore, quo Christus Dominus fuit à Iohanne baptista baptizatus, sed post aliquos dies cum discipulis collegit, & partim ipse, partim, & frequentius per suos discipulos turbas baptizauerit. Sic Scotus in 4. disp. 3. q. 4. Gabr. q. unica art. 3. dub. vlt. Barth. ab. Angelo de sacra baptiſtiſi dialogo. 2. §. 7. Ægid. de Coninch. q. 66. art. 2. n. 14. Paul. Laymann. lib. 5. sum tract. 2. c. 1. n. 2. fine. nec dissentit Suar. disp. 19. scilicet 2. circa finem. Mouentur, quia eo tempore, quo Christus Dominus baptis‐mum à Iohanne suscepit, non legislatoris personam, sed potius p̄sonitatem gesit. At institutio sacramenti baptismi ad officium legislatoris pertinet. Deinde eo tempore nondum discipulos habebat, nec predicationem inchoarat; at non est credendum instituisse sacramentum ante inchoatam prædicacionem, & discipulorum collectionem. Non enim decebat institutionem sacramenti hominum utilitatem resipientis, & per discipulos administrandi secerat esse, sed manifestam. Præterea ex eo quod Christus baptizatus fuerit, & ex omnibus, quia ibi contigerunt, colligi non potest baptismi institutio, sed ad summum adumbrari, & prefigurari. Nam baptismi institutio formaliter importat, quod Christus Dominus perpetua lege staruerit illius materiam, & formam ut signum gratiae sanctificantis. At ex eo, quod ipse baptizatus fuerit, non inferitur haec legem tulisse, neque ex eo quod Pater eternus suum esse filium publicauerit, & Spiritus sanctus in figura columbe apparuerit, quia haec omnia solū designant sacramenti formā, non vero constituant, contingere enim poterat, quia esset aliqua sacramenti institutio. Ergo dicendum est sacramentum baptismi non fuisse institutum tempore quo Christus fuit baptizatus. Restat ergo ut postmodum fuerit, nempe quando Christus discipulos collegit, & potestatem baptizandi turbas contulit.

5. Ceterum probabilis existimō eo die, quo Christus Dominus in Jordane baptizatus fuit sacramentum baptismi instituisse: sic docent communiter Patres Ecclesiæ, Ambros. August. Hieron. Nazianzen. Damasc. & ali apud Vafq. disp. 140. cap. 6. Suar. disp. 19. scilicet 2. traduntque communiter scholasticci cum D. Thom. q. 66. art. 2. & Mag. in 4. disp. 3. vbi Domin. Solanus. Ledeßina. & ali, quos referunt, & lequuntur Vafq. dicto cap. 6. Sayrus de sacra am. lib. 2. c. 2. q. 3. art. 1. Bonac. disp. 2. de baptism. q. 2. pun. 1. n. 2. Moneos quia st̄pē Patres, & doctores, quos plena manu referunt Vafq. 3. p. q. 66. art. 2. disp. 140. cap. 6. pof. initium dicunt Christum Dominum suo baptismō aquas Jordani, & in ipso reliqua omnes sanctificasse, & consecrare. At si tunc baptismus efficiens promisus, & adumbratus, incongrue dicentur aquæ sanctificare, & consecrare, illisque nostra peccata mundari, sed deberent dici sanctificande, & consecrande, nostrāque peccata illis mundanda, sicuti ex professione Petri facta de potestate clauium, Matth. 16: non dicitur Petrus Christus Vicarius consecratus, & sanctificatus;

Sed suo tempore consecrandus, & sanctificandus. Adde ex folio baptismi Ioannis, & promissione ab eo facta de baptismate Christi futuro dici possent aqua consecrata, & sanctificata, sicuti dicuntur Christo baptizato, si Christus Dominus co tempore baptismum non instituit, sed solum promisit, & praesignauit, quia baptismus Ioannis etiam fuit umbra, & figura baptismi a Christo instituendi, insuperque nomine Dei eius institutionem promisit. Ergo si non solum promissionem futuri baptismi, & illius figuram dicuntur aqua consecrata, & sanctificata, cum haec promissionem, & umbram habeant ex baptismate Ioannis, & promissione futuri Christi baptismi, eodem modo consecrata, & sanctificata, & nontrorum peccatorum lauacrum dici debent. Quod nullo modo Patres concedunt. Signum ergo est consecrata, & sanctificata fuisse, quia eo tempore fuit baptismus institutus. Quod si dicas sanctificatas, & consecratas esse, non solum quia eo tempore baptismum Christi instituendum presignabat, sed etiam quia Christi contracta facetas fuerint, & dignae factae, ut in lauacrum peccatorum nontrorum affluerentur. Obstat, quia contractu Christi non aqua absoluatur, sed illa numero aqua Iordanis, que ipsu[m] tetigerunt, essent sanctificatae. At Patres Ecclesiae affirmant baptismum Christi aquam absolute sanctificatam esse. Igitur non de sola sanctificatione per contatum, sed de sanctificatione per baptismi institutionem intelligendum est. Adde sapere Christianum Dominum in vita sua aquas terigisse, ob cuius contactum dignae erant, ut in lauacrum nostrorum peccatorum affluerentur, sed non obinde a sanctis Patribus sacrae, & sanctificatae censentur, sicuti censentur in hac occasione baptismi. Ergo ob baptismum ibi institutum.

6. Superest satiscacere fundamentis num. praecedenti ad ductis ex quorum soluzione nostra sententia firmior existet. Ad primum concedo Christum Dominum suscipientem Ioannis baptismum personam penitentis gestisse, & postmodum instituentem baptismum, & Ioannem insuper baptizantem personam gestisse legislatoris. Neque obstat nondum inchoasse predicationem suam, neque discipulos colligisse. Volutum namque ab ea institutione inchoare, ut inde probaret baptismum vitam spiritualis radicem, & fundamentum esse. Neque illa institutione fecerat, & occulta fuit, sed satis publica, sicuti fuit baptismus Ioanni collatus, quem ex pluribus Patribus testatur Maldonat. in illa verba Matth. 3. sine modo, quemque sequitur Vafq. dicta disp. 140. cap. 6. circa finem n. 45. Fatoe tamen ex solo baptismi Ioannis Christo colla, & mysterij Trinitatis manifestatione non satis colligi huius sacramenti institutionem. At ex autoritate Patrum affirmant eum baptismum aquas sanctificatas, & consecratas esse in nostrorum peccatorum lauacrum optimè colligi, principiis cum paulo post discipulis Christi baptizarent non baptisimus Ioannis, ut probatum est; sed Christi baptisimus. Neque appetat quo tempore illius fuerit institutione.

7. Quod si inquiras differeniam nostri baptisimi a baptismi Ioannis? Breuerit, & optimè illud expendit Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 2.n.3. Inquit enim: Baptisimus Ioannis differt a baptismi Christi, primo, in institutione; quia baptismus Ioannis non fuit institutus in sacramentum, hoc est in ceremoniam stabilem ad dominum sanctificationem; sed solum in dispositionem, & figuram nostri baptisimi, qui instituto, & promulgato cessavit. Secundum differt in forma, quia baptisimus Ioannis non conferebatur sub inuocatione sanctissime Trinitatis, sicuti noster baptisimus confertur. Tertium quoad effectus, quia non conferebat gratiam sanctificantem ex opere operato, neque carcerem imprimebat, quod secus in nostro baptismo contingit. Ex quo nascitur quarta differentia scilicet baptismum Ioannis insufficienter fuisse ad salutem, illoque baptizatos indigne Christi baptismo. Quinto differt in ministro, quia baptismus Ioannis a filio Ioanne ministrabatur, at noster baptisimus a quolibet ministrari vallet. Tandem differt in necessitate, quia Ioannis baptismus nec necessitate medijs, nec forte precepti fuit ad salutem necessarius, secus noster.

P V N C T . III.

De materia remota baptismi.

1. Aqua naturalis apia ad ablendum est materia remota.
2. Quia excludantur a materia baptismi.
3. Aqua inopia ad ablendum excluditur.
4. Aquam esse maris, fluminis, vel fontis frigidam, vel calidam per accidens est.
5. Vti aqua turbida, & impura ad baptismum absque graui necessitate peccatum est mortale.

1. Fides docet pro materia baptismi aquam naturalem, seu elementarem aptam ad ablendum designatam esse a Christo Domino. Sic definitum est in Concilio Lateran-

nen. relato in cap. sermpter de summa Trinit. & in Concilio Florentino in decreto Eugenii 4. de Armentis, & in Trid. sess. 7. can. 2. colligitur; aperte ex illo Ioannis. 3. Ni quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, &c. & traduct omnes Catholicos. Ratio huius institutionis creditur esse, quia hoc Symbolum apostolicum est ad significandam animi munditatem, & ex alia parte ob eius redundantiam omnibus perivit, ut sacramentum ita necessarium faciliter administrari posset.

2. Hinc si non esse materiam huius sacramenti sudorem, lac, vrinam, lacrymas, spatum, seu saliuam, aquam rosaceam, seu ex viti, aliisque herbis, & floribus expressam. Item ex sale resolutam, ceruism, & iuiculum, si fatis decocta sit, quia nec censentur, nec sunt aqua naturalis, seu elementaris. Sic docent cum D. Thom. q. 66. art. 4. ferre omnes doctores iste Vafq. disp. 141. cap. 1. circa finem. Suar. disput. 20. sect. 1. Egid. de Coninch. q. 66. art. 4. Paulo Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 3. Bonac. disput. 2. qu. 2. punct. 3. Verum qui aliquiliter probabile est liquores ex herbis expressos, saliuam, aquam ex sale resolutam, ceruism, & iuiculum, &c. non differre specie ab aqua elementari, non audet Egid. de Coninch. commendare eum, qui supradictis in extrema necessitate uteretur, quia extrema necessitas huius sacramenti honestat rsum materia ita dubia.

3. Noranter dixi materiam huius sacramenti esse aquam aptam ad ablendum: quia hoc sacramentum in ablutione consistit, eaque de causa lucum glacie, & nix nisi resolvantur, materia huius sacramenti non fuit, quia esto ab aqua elementari non differant physice, differant moraliter quoad rsum ob ineptitudinem, quam ad lauandum habent. Sic Egid. de Coninch. q. 66. art. 4. n. 17. Suar. disput. 20. sect. 25. atque hinc obiter. Bonac. disput. 2. qu. 2. punct. 3. m. 6. Laym. lib. 5. tract. 2. cap. 3. concl. 2. corol. 1. & alij.

4. Quod vero aqua sit fluminis, fontis, vel maris, frigida, vel calida parum intercet, imo quod per terram sulphuream, vel cineras calcinatos transicit, & turbida sit, non obinde deficit a materia huius sacramenti: quia est vera aqua naturalis apia ad ablendum, esto ad bibendum apia non sit. Sic D. Thom. qu. 66. ad 4. Vafq. disp. 141. cap. 1. n. 9. Bonac. d. punct. 3. n. 6. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 2. cap. 3. concl. 1. in corol.

5. Adverte tamen ut aqua impura & turbida ad baptismum conficiendum absque necessitate graui peccatum mortale est sacrilegium; nam esto sit huius sacramenti materia certa, est tamen aliena ab utrius Ecclesiae, & contraria reuerentia sacramenti. Adde utri alia aqua præter aquam benedictam, que in fonte baptismali ad hunc effectum seruat, peccatum graue est, ut satis colligetur ex Clement. unica de baptismi: ob necessitatem tamen urgenter cuiusvis aquæ rsum licet: sic notauit Egid. de Coninch. qu. 66. art. 4. Reginald. lib. 27. num. 13. Henr. lib. 2. cap. 6. Bonac. disput. 2. qu. 2. p. 3. n. 6. & alij.

P V N C T V M IV.

De materia proxima Baptismi.

1. Ablutio est materia proxima.
2. Fieri potest immersio, suspensio, vel effusio. Sed in his secunda est diecepsa consuetudo.
3. Qualiter formam baptismi profere debet conficiens sacramentum tripla immersio.
4. Minimum gutta in aqua, si minimam corporis partem tangat esse sufficietem ad sacramentum baptismi, qui defendantur, & qualiter probantur.
5. Probabilitus est aliquam partem corporis principem abluti debere, & non una, sed pluribus guttis.
6. Aqua immediate tangere debet corpus baptizati successivo moto.
7. Satis est probabile te esse baptizatum, si lauaris in capillo.
8. Idem dicit lauaris corio, seu pelle secundina circumdatum.
9. Immersione, qua quis suffocatur, baptismum non confici plus res defenduntur.
10. Contrarium est probabilitus.
11. Rationes num. 9. adducunt dissoluntur.
12. Semper est illicita supradicta baptismi ministratio.
13. Non est secunda materiam proxime moritura, ut infans baptizetur.
14. Bene poterit ministrare baptismum infanti, esto cognoscas inde mortem accelerandam aliquiliter esse.

1. Superiori puncto dixi materiam remotam esse aquam, ut indicarem aliam esse proximam, scilicet ablutionem per ipsum, iuxta illud ad Ephes. 5. mundans lauacio aqua & Matth. v. baptrizantes eosq[ue] est lauantes. Ratio est manifesta. Nam illa est proxima, & immediata sacramenti materia, que per formam illius determinatur; ut forma sacramenti baptismi non aquam secundum se, sed aquæ viuum, scilicet ablutionem determinat. Id enim significat verbum ba-

pizo

prīo, quod latine est ablū, seu lau. Sic fieri omnes doctores.
 2. Hæc ablū, quæ in contactu succēsilio aquæ ad corpū baptizati confitit, fieri potest per immersionem corporis in aquam, vel per aspergimen, seu effusionem aquæ in corpus, quomodo cumque hoc fiat, verum sacramentum conficitur, quia verè quis ablū confitetur. Ut tamen licet ministrer feruanda est Ecclesiæ diocesanae consuetudo; nam in aliquibus Ecclesiæ adest consuetudo baptizandi per immersionem, in aliis per effusionem. Non tamen care probabilitate peccatum mortale non esse, sed veniale tantum ut effusione aquæ in confidio baptiūnare, tameſi confuetudo sit, ut per immersionem conficiatur, quia postquam ceſſauit præceptum trinæ mersionis, confitetur mutatio leuis nec aliena ab viu Romanæ Ecclesiæ, maximè in adulorum baptismo. Sic docuit Sotus in 4. disp. 10. q. 9. vñ. art. 8. conclus. 3. Bartholom. ab Angelo de Sacram. baptiſmi dialogo §. 2. 92. Valent. t. 4. disp. 4. q. 1. pun. 2. col. 4. Notandum vero est tempore nascientis Ecclesiæ confici hoc sacramentum trina mersione, ve ex multis comprobatur Valq. q. 66. art. 8. disp. 145. cap. 1. tum ut expreſſis triduana ſupradicta Chrīſti Domini ſignificetur. Tum vi mysterium Trinitatis nō ſolim verbis, ſed factu ex-premeretur, Tum præcipue, contra errorem Eunomitarum, aliorūque hereticorum affiſſimantum debere unica mersione fieri in nomine Chrīſti, excluda Trinitatis innotatione. At huius trina mersionis vltus non tanquam ritus effentialis & à Christo inſtituus; ſed tanquam ab Apoſtolo emanans præſcripſus erat, eaque de cauſa Pelagius Papa relatus in cap. multi fuit de conſecrat. disp. 4. Dixit eſte Euangeliū præcepnum trina vti mersione, id est præceptum Euangeliū confor-mē & can. Apoſt. 49. deponitur qui aliter baptizerit. Sed iam hoc præcepnum eſſeſt errore Eunomitarum abſolutuſt, pluribus enim in locis unica tantum mersione conficitur baptiſmus, ut conſtarat ex Gregor. Papa relato in cap. de trina de conſecrat. disp. 4. & ex Concilio Tolet. 4. cap. 5. & ſic licet fieri potest. Ägid. de Coninch. q. 66. art. 8. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 3. q. 3. in fine.

3. Quod si aliquis conficiens baptiſmum trina mersione intentionem habet non conficiendi sacramentum, quoque trina mero perficeretur, oportet vſque ad illud tempus forma prolationem differri. Nam ſi ante ſecondam, vel tertiam mersionem formam proferet cum intentione conficiendi sacramentum, ſine dubio conſiderat, quia de effen-tia baptiſmi non est trina mero, ſed ablū, que unica mersione perficeretur. Quod ſi exprimeſſe vellere non conficiere sacramentum unica mersione, ſed tripliſi (quod de nemine, credendum eft,) sacramentum non perficeretur, quoque trina mero perfecta eſſet, non quidem ex defectu materiæ, & formæ, ſed ex defectu intentionis: ſi pluriſib⁹ batonat Bonac. disp. 2. q. 2. p. 3. in fine.

4. Difficulter eft qualis debeat eſſe mero, ſeu aquæ in-fuſio, ut baptiſmum perfici conficiatur? Quia in re certissimum eft tam mersionem, ſeu affuſionem aquæ in corpus baptizati ſufficientem, & neſſariam eſſe, quæ ſufficiat, ut quis ablūtus dicatur. Sed qualiter hæc ſit non conſtat inter doctores. Plures non infima nota conſent ex parte aquæ minimam guttam aquæ ſufficientem eſſe, ſi ſuccelliſus motu corpus tangat, quia vera eft ablū. Ex parte baptizati minimam illius partem ſufficere, quia eo ipſo ablu dicitur. Sic docent aliis relati Henriq. lib. 2. c. 7. n. 2. & c. 21. n. 4. Valq. disp. 145. 4. 4.

5. Nihilominus probabilis eft requiri baptiſmum fieri in aliqua parte corporis principi. v. g. in capite, pectori, ſcapulis, brachio, aut pede, factum vero in digitis, vel in ſola manu, insufficientem eſſe: ſi pluriſib⁹ relatis firmat Bonac. disp. 2. q. 1. pun. 3. n. 24. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 3. concl. 2. corol. 3. Ägid. de Coninch. q. 66. art. 7. dub. 2. Tolet. lib. 5. c. 18. n. 8. Racio eft, quia iuxta communem modum loquendū non dicitur quis lotus ex eo quod digitus tantum ablūnatur, tamēſi vulneratum dicatur, et in digito tantum vulnus acce-perit. Verum eft tamen baptiſmum ministrandum eft infanti ex vtero matris egredienti in manu vel digito, ſi in alia parte corporis ministrari non potest, et in alia parte corporis mortiendi abſque baptiſmo, quia ſalem eft probabile baptiſmum in ea parte corporis factum validum eſſe, repetendū tamen poſtea eft ſub conditione.

Deinde probabilis eſſeo vnam, vel duas aquæ guttas corpus tangentes etiam ſuccelliſus motu insufficientes eſſe ad baptiſmum conficiendum, quia ex illis ſolim alperſus, & aqua tactus, ſed non lotus diceris ſecundum vſitatum loquendū modum. Sic Tolet. Bonac. Paul. Laymann. Ägid. de Coninch. locis citatis.

6. Illud indubitatum eft debere aquam ſue in minima, ſue in magna quāritate corpus baptizati immediate tangere contactu ſuccelliſo, quia alias proprieſtates duci non poſſet. Vnde non eft baptiſmum, ſi vſtibus, ſario, vel vīre con-tectus abſque carnis penetratione aqua perfundaris, quia proprieſtate non tu, ſed tua veftes, & indumenta aqua perfunduntur. Sic Bonac. disp. 2. q. 2. pun. 3. num. 22. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 3. concl. 1. corol. 1.

7. An vero ſi lauari in capillis, confearis absolute lotus, & baptiſmus confeſſus? Variant doctores. Bonac. loco citato ne-gat ex communī ſententiā, quia capilli non ſunt partes hominiſ, fed illius excrementum, neque animo rationali viuifiſcati. Non igitur ex eorum lotione lotus dici potest, & animus rationali ſanctificatus. Nihilominus contrarium eft fati probabili, quia capilli dum corpori adherent confendi ſunt partes hominiſ illum ornantes: & ita tradit Valq. disp. 145. cap. 4. n. 31. Ägid. de Coninch. q. 66. art. 7. dub. 2. n. 77. Tolet. lib. 2. cap. 18. n. 10. Valent. t. 4. disp. 4. q. 5. pun. 2. vers. ſexto ſequitur, & alio, quos refert Bonacina ſupra. n. 22.

8. Idem quod dictum eft de baptiſmo facto in capillis, dicendum eft de baptiſmo illius, qui recenter natus eft, & pelle ſecondum circundat, quia dum haec pellis corpori adheret, confitetur pars hominiſ eſſe, ac proinde ſufficiens, ut eius lotione homo lotus dicatur. ſic Valq. & Ägid. ſupra. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 2. cap. 3. q. 2. Nunquam tamen extra neceſſitatem licet tibi ſic ministrare baptiſmum, quia nunquam extra neceſſitatem potes vti materia dubia, cum certam lumere poſſis, baptiſmulque cellante neceſſitate eft omnino ſub conditione rependens, ut eft compertum apud omnes.

9. Supetet diſcurienda illa quæſtio an in ea immersione,

qua ſuffocatur infans, baptiſmus confici poterit? Negant Scotus in 4. disp. 5. q. 3. Siluest. verbo baptiſmuſ. 4. n. 8. Tabiena n. 7. Armilla n. 29. Tolet. lib. 2. c. 18. n. 9. Sotus in 4. disp. 3. art. 8. q. unica proposiſt. 2. & alio plures. Mouentur primo, quia ea im-mersio non eft vera ablū, de cuius ratione videatur, ut in aquam immersum ex aqua educas. Secundò quia ſolim ſignificat Chīſti mortem, non eius reſurrectionem, cum tamen baptiſmo vniuersque ſignificatio compaterat. Tertiò illa immersio potius eft occiſio, quam viuifiſcatio: non igitur eft ſufficiens baptiſmi materia.

10. Ceterum eam mersionem ſufficientem eft ad baptiſmum tenendū eft ut probabiliſ cum Panormit. in cap. non apponereſ n. 4. de Baptiſmo. Valen. t. 4. disp. 4. q. 1. p. 2. vers. ſep̄toſimo ſequitur. Valq. disp. 145. cap. 3. n. 19. Coninch. q. 66. art. 7. dub. 1. n. 68. Bonac. disp. 2. q. 2. pun. 3. n. 27. Sotus. disp. 20. ſet. 3. vers. quapropter. Paulo Laymann. lib. 5. tract. 2. 6. 3. q. 4. & alio apud ipſos. Ratio eft, quia lauari, & mundari potes ſupradicta mersione, antequam ex aqua educaris, & moriaris. Ergo educationis priuato, & ſuffocatio lotionem non impedit. Ergo nec impedit baptiſmum, qui in lotione ſub praescripta verborum forma conſtituit. Antecedens probo, quia ea mersione te aqua tangit ſuccelliſuo motu de te ſufficiente ad fordes corporis mundandas. Ergo eft vera ablū. Et conſirmo. Si minister cum confici baptiſmum ſe in flumen proliſcio voluntatem habet ex aqua educandi, nullus negaret eam mersionem eft veram lotionem ad baptiſmum ſufficientem, tamēſi calu continget, ut ex eius manibus lapsus ſubmergaris, ut bene ipſem Sotus pro contraria ſen-tentiā relatus concedit, ſed intentio educationis mersionem non immutat: Ergo ſi uno calu vera lotione ſufficientis ad baptiſmum, etiam in alio debet eſſe. Conſirmo ſecondò, ſi anima tua baptizandi, tum occidenti infantem aqua feruenti perfundas, abſque dubio baptiſmum conficiſ: quia occiſio lotioni non obſtit. Ergo ſimiliter ſuffocatio lotioni facta per im-mersionem non obſtit.

11. Neque rationes contrarie vrgent. Ad primam conſtar ei probatione noſtræ ſententie: negamus enim educationem pertinere ad effentiam ablutioſis, tamēſi communiter educatione cum mersione coniuncta ſit. Ad ſecondam concedo ba-ptiſmum ſignificare Chrīſti mortem, eiusque reſurrectionem, quatenus baptizatus co baptiſmo iulcepit veterem Adam ſepelit, & nouum induit, moritur peccato, & Chrīſto viuit, ad cuius ſignificationem ſola immersio, que corpus ablū ſufficientis eft. Ad tertiam admittit baptiſmum viuifiſcat, led nego per ſe viuifiſcat corpus, ſed animum per gratiam, & charitatem: cui vitæ non obſtar corporalis vita priuato ſuccedens.

12. Illud vero eft omnino certum hanc baptiſmuſ miniſtriſationem proliſcio baptizandum in flumen vel puteum, eſſe illicita, & graue peccatum homicidii, tamēſi alia via infantis ministrari baptiſmū non poſſit, & timeatur latim moriturus: qui ea immersio aquæ per ſe, & direcțe tendit ad occiſionem, ac ad infantis ablutioſem, inmo potius ad ablutioſem per accidentis dirigitur ex ſola intentione mergentis, ad occiſionem autem per ſe, & direcțe. Vnde hic calu eft longe diuerſus ab eo, qui oppugnat ciuitatem bellicum tormentum proliſci, quo cognoscit ibi aſtantem innocentem eft occidendum, & ab eo qui fugiens mortem ſibi im-minentem, puerum in via poſtum pedibus equi concular, & à muliere pregnante, que potionem ſumit, ex qua preuidet infantem in vtero moriſtum: quia mors ex his eventibus contingens conſtitut per accidentis, cum per accidentis ſit eo loci eft innocentem, quo bellicum tormentum proliſci, & qua mortem ibi ab inimico imminente fugis. Necenim ex bellici tormenti proliſcione, neque ex fuga, neque ex ſum-ptione potionis ad ſalutem conuenientis, mors aliiuius per

De forma baptismi.

se infertur, sed solum per accidens. Secus est ex immersione infantis in flumen, vel puerum ex hac enim per se directe, & necessariè mortis infantis succedit. Non igitur esse potest licita. Et ita sustinet ex communī sententia Suar. disp. 20. sect. 3. Vafq. disp. 143. cap. 5. in fine. Aegid. de Coninch. q. 66. art. 7. dub. 1. n. 75. Paul. Laym. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 3. q. 4.

13. Hinc infertur non esse secundam matrem alias proxime moritum, ut infanti in vero illius existenti ministrari baptismus possit, quia nemini licet homicidium perpetrare, rater inde plura bona nascantur. Sic Aegid. de Coninch. dicto. dub. 1. n. 75. affirmans esse omnium.

14. Ex his constat, quid dicendum sit, an tibi licet baptismum infanti proxime morituro ministrare, ex cuius ministratio cognoscis mortem accelerandam esse? Respondeo primo cum doctioribus statim referendis casum mortaliter esse impossibilem: nam cum baptismus minima aqua reperfacta effusione confici posset, vix credi potest ex mortem accelerandam esse. Sed gratias admissio accelerari, respondeo baptismum administrandum esse. Tuum quia non per se, sed per accidens ex illa actione mors succedit, cum per accidens sit predicta baptismi administratione baptizandum in ea esse dispositione, ut actio ita humana, & temperata illi nocere possit. Tunc quia documentum illud ita leue contemnumendum est, ne baptizandus in aeternum pereat. Sic tanquam certum tradit Vafq. disp. 145. cap. 3. in fine. Aegid. de Coninch. q. 66. art. 7. dub. 1. n. 76. in fine. Paul. Laym. alius relatis. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 3. q. 4.

P V N C T V M V.

De forma Baptismi.

1. Statuitur forma baptismi.
2. Opus est ad baptismum exprimi personam baptizantem.
3. Negat Vafq. exprimi sufficienter, si dicas: baptizet te Deus, vel baptizeris à Deo.
4. Probabilis est oppositum.
5. Secundo ad baptismum requiritur expressio persona baptizanda.
6. Ex unitate persona baptizanda unitas baptismi desumitur.
7. Qualiter plures vnum baptizare.
8. Tertio requiritur expressio ablutionis.
9. Quarto necessaria est expressio unitatis, & Trinitatis diuinae.
10. Sufficiare implicite Trinitatem exprimere? Affirmant plures.
11. Probabilis est oppositum.
12. Explicantur aliqua loca scriptura, que contrarium fundere videtur.
13. Explicantur Nicolaus in cap. à quodam de confessis. disp. 4.
14. Affirmant plures sub nomine genitoris, geniti, & procedentis ab unoque baptismum validè confici posse, tametsi non licet.
15. Probabilis est oppositum.
16. Est falso oppositum rationibus. n. 14. adductis.
17. Quae variatio forma essentialia sit, que non latè expenditur.
18. Variatio forma confundit diuersas aduersa illicita est.

Forma baptismi, qua Ecclesia Latina vitur hæc est. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Sic Alexander, in c. i. de Baptismo. Concilium Florent. in decreto Eugenij. Trident. sess. 7. can. 4. & sumitur ex illo Math. cap. ult. Docere omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Sic omnes doctores. Ex qua forma manifestè colliguntur quatuor exprimi necessario debere, primo baptizantem, secundò baptizatum, tertio actionem baptizandi, quartò unitatem & Trinitatem diuinorum personarum.

2. Circa primum certum est ad baptismi essentiam opus esse ex primi personam baptizantis, non tamen est necessarium, ut expressè, & formaliter exprimiratur, sufficit implicitè, sicut manifestè probat vsus Graecorum baptismum sub ea forma. Baptizetus seruit Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quam esse veram formam baptismi docent omnes Catholicæ. Adeo si omisso pronomine Ego, dices, te baptizo, non est dubium veram formam baptismi profere, quia satis aperè sub verbo baptizo significatum pronominis subtilitatem intelligitur. Hoc pronomen etiā nunquam omittendum sit in Ecclesia Latina ob consuetudinem praeficram, non videtur culpam veniale excedere sceluso contemptu, eius omisso, teste Soto in 4. disp. 3. q. 3. art. 5. & quod si Vafq. disp. 142. n. 30. Aegid. de Coninch. q. 66. art. 6. dub. 1. n. 45.

3. Sed dubium est, an sufficienter minister baptizans se exprimat, si dicat: baptizet te Deus, vel Christus, baptizet à Deo, vel Christo? Negat Vafq. disp. 142. cap. 2. num. 19. & cap. 5. n. 27. Monet primo, quia ibi solum exprimit Christum, vel Deum baptizare, non tamen se illius nomine baptismum conferre. Secundò, quia forma baptismi non deprecariè, sed imperatiue preferenda est: at in Deum imperium diri-

gi non potest, ergo nequit minister imperando dicere baptizet te Deus. Item incepit Deus baptizare potest in nomine Patris, id est, auctoritate Patris, &c. sed id ministro convenit. Non igitur per illam formam validus baptismus confici potest.

4. Ceterum oppositum probabilis censeo cum Soto in 4. disp. 3. q. 3. art. 5. colum. 5. Henric. lib. 2. cap. 8. n. 3. Suan. disp. 21. sect. 2. concl. 2. Aegid. de Coninch. q. 66. art. 6. dub. vnic. n. 38. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 3. vers. quapropter. Nempe supra dicta forma stante actione baptizandi sufficienter exprimi personam ministri, verumque confici baptismum. Etenim cum potestas delegata sit à Christo Domino docendi gentes, & baptizandi eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, exprimens minister, ut Deus eas baptizet clare denotat ut Deus per illum eam ablutionem exercenter tanquam per suum ministerium baptizat: sicut si à principe quis accepit potestatem distribuendi aliquam pecuniam, quibus vellet, & cum illam distribuit, diceret, hanc pecuniam principes tradidit vobis, sanè non solum sui principis donationem, sed suam propriam ministeriale traditionem significaret. Ex qua ratione constat imperium hac forma significatum, quod propriè imperium esse non potest. Sed vñus absolutus potestatis concessæ circa creaturas irrationales non ad Deum, sed ad ablutionem, & effectum per ipsam significatum diriguntur, praestare quæ habent sensum, abularis à Christo tanquam à principali causa, & sacramentorum auctore & à me tanquam eius ministro. Secundum hunc vñitum sensum non incepit dicuntur Deum in nomine suo baptizare, quatenus scilicet baptizatio medio ministro per potestatem illi collatam.

5. Secundum ad essentiam baptismi requisitum est expressio persona baptizanda: si enim illam nec speciatim, neque generaliter exprimas, directè nullus est baptismus. Quia nulla est forma determinatio, scitū, si dices. Ego baptizo in nomine Patris. Ad baptismum cuim necessario requiritur ea expressio, & determinatio personæ baptizandæ, ut ex ea expressione factis constet neminem se ipsum, sed alium à se distinctum baptizare. Quod fieri non potest, nisi speciatim seu generaliter directè tamen persona baptizanda exprimatur. Expressum autem speciatim, si dicas. Ego te baptizo. Ego baptizo. Cuius generatio, si sub forma Graecorum baptismum conficias, ut si dicas: baptizo seruum Christi, seruos Christi baptizetur. Si testatur ex communī sententia Vafq. disp. 152. c. 5. Suan. disp. 21. sect. 2. concl. 2. Henric. lib. 2. cap. 8. num. 4. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 2. cap. 4. num. 2. vers. secundo accidit. Bonac. disp. 2. q. 2. punct. 4. n. 2. sumiturque ex illis verbis Math. v. 16. Baptizantes eos, & clare colligitur, ex Concilio Florent. & Trident. locis sapientia citatur.

6. Aduerendum est vnitatem baptismi potius ex vnitate persone baptizandæ, quam baptizantis defum: si enim sub vñica Trinitatis invocatione plures aqua perfunderes, plura baptismatu conficies, quia sunt plures ablutiones, & licet physice, & formaliter vñicam Trinitatis invocationem feceris, virtualiter fecisti multiplicem, multiplicemque formam baptismi constitutis. Secus vero est si te ipsum plures baptizarent, quia eo casu vñicam tantum baptismus conficeretur, quia vñica est ablutorio. sic Vafq. disp. 148. c. 7. num. 52. Bonac. disp. 2. q. 2. punct. 4. num. 22. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 4. vers. ex quo.

7. Sed non caret difficultate, qualiter possint plures vnum baptizandæ: Etenim si inter eos actiones dividantur, ita ut vñus ablutorio, alter formam proferat, manifestum est baptismum confici non posse, de cuius essentia est, ut ab eo, qui profert formam, ablutorio fiat. Si vero vterque & formam proferat, & ea baptizandum perfundat; subdividendum est si vterque independenter ab altero baptismum conficeret intendit, si cuius contingit in ordinatione, cum plures sacerdotes simul cū Episcopo verba consecrationis proferunt, vterque conficeret eundem baptismum, sicuti eandem hostiam consecrat, si vterque verba forma in eodem instanti perficit: quod raro contingere potest. At si posterius perficit formam, nihil faciet, quia inuenit iam baptismum ab alio confectum, sicuti contingit in eo, qui posterius verba consecrationis perficit, hic enim materiam non consecrat, cum eam consecratam inueniat. Verum si vterque intendat non conficer sacramentum, nisi dependenter ab alio, nullo modo baptismum confidere possunt, qui sensus forma à Christo instituta mutatur. Non enim est verum ab baptizare, sed cum alio baptizare. Neque est verum tuam ablutionem, & formam prolationem esse sufficientem, sed potius esse insufficientem, nisi alterius ablutorio, & prolatio formæ concurredit. Quæ omnia contraria sunt in fictione Christi determinantis viuis ablutionem, & formæ prolatione baptismum confici posse: sic docent D. Thom. q. 67. art. 6. & ibi Coninch. dub. 1. Vafq. cap. 5. n. 39. Valent. disp. 1. q. 2. punct. 2. Suan. de sacram. disp. 23. sect. 3. Bellarm. de baptism. cap. 3. Bonac. alius relatis. disp. 2. q. 2. punct. 4. num. 25. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 2. cap. 7. q. 2.

8. Tertium quod diximus ad baptismum require, est expressio actus ablutionis à ministro prouidentis legitima intentione facti, iuxta illud Christi, baptizantes eos: nisi enim exprimeres

exprimeres ablutioem intentione saltem virtuali baptizandi, sed conficiendi sacramentum, baptismum confidere non posse. Vnde baptismus non est, si exprimeres te puerum lauare refrigerandi causa absque illo animo baptizandi: sic ex omnium sententia tradit. Valq. disp. 143. cap. 2. n. 10. Egid. de Coninch. q. 66. art. 6. dub. vñ. concil. 1. m. 42. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. q. 2. pun. 4. n. 4. & alij apud ipsos colligiturque aperie ex Concilio Florent. decreto de Armenis, & tradidit Alexand. 3. cap. 1. de baptismo. Supradicta intentio baptizandi satis exprimi censetur, si exprimas ablutioem sub invocatio- ne Trinitatis.

9. Quartum, & praecipuum requisitum ad baptismum est expressio unitatis, & Trinitatis diuine iuxta illud Matth. vlt. baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Etenim cum dicit in nomine unitatem personarum exprimit, cum subiungit Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, personarum Trinitatem declaras. Neque alter collatus baptismus validus esse potest, vt colligitur manifeste ex cap. 49. Apostol. Et ex cap. si re vera. cap. multi sunt. cap. in syndo de confessat. disp. 4. & pluribus exornant Valq. disp. 143. cap. 3. Suar. disp. 21. fed. 3. Racio sumitur ex Christi intitulione, congruentia ex eo quod baptismus sit ianua, per quam in Ecclesiam Christi ingredimur. Decuit ergo praecipuum fidei mysterium in eo exprimi, siquidem necessarium est explicatam Trinitatis noritiam haberi.

10. Sed an hæc expressio unitatis, & Trinitatis ita sit necessaria, vt baptismus collatus sub forma implicitè Trinitatem, & unitatem significante validus sit? Difficultate non carer, nam grauiissimi Patres, & doctores Ecclesie consentient validum esse baptismum sub nomine Iesu Christi, vel Dei ministerium: sic Ambros. lib. 1. de spiritu sancto cap. 3. ex eo Nicolaus 1. respons. 104. ad Bulgarios, & refutatur in cap. a quodam Iudeo de confessat. disp. 4. ibi, si hi in nomine Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in actis Apostolorum legimus baptizati sunt (vnum quippe, idemque est, vñ. S. Ambros. exponit) constat eos non esse denud baptizandos. Idem tradidit expressio Bernard. opit. 340. Beda in c. 10. Actor. Magist. 4. disp. 3. Hugo de sancto Victore. lib. 2. de sacramp. 6. cap. 2. Adrian. de baptismo q. 1. vers. ad rationes. Caet. 2. 2. q. 66. art. 5. & 6. Mouentur ex eo quod Apostoli in nomine Christi baptismum conficiebant, vt dicitur actor. 2. n. 38. & cap. 8. n. 12. & cap. 10. m. 48.

11. Verum contra sententia multoerior est scilicet invalidum esse, & semper fuisse baptismus collatus absque expressione unitatis, & Trinitatis diuine: sic docent plurimi patres, quo plena manu recensent Valq. disp. 143. cap. 2. & 3. Suar. disp. 21. fed. 3. Bellarm. de baptism. cap. 3. & colligitur aperi- ture ex verbis Christi Matth. vlt. baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Ut quid enim Christus Dominus unitatem, & Trinitatem exprimit, si hæc expressio necesarior non esset? Tum ex cap. si re vera, cap. in syndo & aliis de confessat. disp. 4. Nocanter dixi invalidum esse, & semper fuisse, ne contentient opinioni afferenti tempore na- scientis Ecclesie ministratum esse baptismum ex dispensatione in nomine Iesu ob illius commendationem: sicuti docuit D. Thom. q. 66. art. 6. ad 1. Althiodon. Alexander. Bonavent. Ruar. Duran. Paludan. Maior. Gab. relati à Valq. disp. 143. cap. 1. n. 3. Nam materia, & forma sacramentorum variationem non suplicunt; alias sacramenta non essent ritus firmi, & permanentes. At si tempore Apostolorum baptismus sub diversa forma ministraretur, ac modò ministratur baptismus à Christo institutus firmus, & stabilis non perstitueret. Quod si eo tempore sub expressione Trinitatis sicut & modò ministrari posset, & etiam sub expressione Iesu Christi tantum non vincit baptismus, sed duplex esset institutus, quod nullatenus est dicendum.

12. Quocirca cum in actibus Apostolorum dicitur Apostolos in nomine Iesu Christi baptizari, non inde colligatur Patrem, & Spiritum sanctum exclusisse, sed baptizasse in nomine Patris, & Filii (expresso nomine Iesu Christi) & Spiritus sancti. Alias cum Paul. 1. Corinth. 12. dixit: vno Spiritu omnes baptizati sumus, colligi posset solo invocato Spiritu sancto absque invocatione Patris, & Filii baptismum ministratum esse, quod est falsissimum. Et confirmari potest factis probabiliter hoc doctrina ex illo actor. 19. vbi Paulus credens aliquos baptizaros esse, eosque interrogans an Spiritum sanctum accepissent per impositionem manuum alicuius Apostoli in sacramento Confirmationis, ipsiisque respondebentes: neque si Spiritus sanctus est, audiuius, subiungit Paulus miratus, in quo ergo baptizati essis? Quasi dicitur, si baptismus Christi, & non Ioannis baptizati essis, quomodo Spiritus sancti noritiam non habetis, cum baptismus à Christo institutus sub nomine Spiritus sancti conferatur? Sensit ergo Paulus baptismum Christi nemini conferri posse, nisi expressa unitate, & Trinitate diuinorum personarum. Neque obstat baptismus sub nomine Dei, vel Trinitatis collati eundem sententiam, eademque significacionem habere, ac collatu in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, vt inde colligas

hanc Trinitatis, & unitatis expressam significacionem non esse de substantia baptisini. Nam esto in aliis sacramentis id verum habeat, in hoc sacramento non procedit, sed modum certam significandi ad eam tam pertinere censimus ob authoritatem Ecclesie sic interpretantis verba Christi. Math. vlt. Neque ratio congruens deficit, cum hoc sacramentum sit Ecclesia optime in cuius introitu expedit professionem fidiclarum, & expressam fieri.

13. Neque obstat authoritas Nicolai relata in cap. à quodam, cui varie doctores respondent. Sed ea explicatio germanior est, qua assertor Nicolam, vt Pontificem solitum definire baptismum collatum à Iudeo sub debita forma reperendum non esse, eo quod à Iudeo fuerit collatus, quia de hac questione interrogatus fuerat. Quod vero sub expressione Trinitatis, vel Christi baptismus collatus sufficiens fuerit non decidit, sed supponit opinioni Ambrosij, & aliorum doctorum adhærens, immemor definitionum Pelagi, & Zacharie Pontificum, que referuntur in cap. si re vera. cap. multi. cap. in syndo de confessat. disp. 4.

14. Quælibet igitur facis inter doctores controveresa est, an ad baptismi essentiam sufficiat exprimi Trinitatem sub verbis æquipollentibus, v.g. sub nomine genitoris, genti, & procedentis ab utroque? Affirmant & satis probabiliter Caet. quæb. 6. art. 6. & Victoria de baptismo quæb. 14. Ledefim. 1. p. 4. quæb. 7. art. 5. dub. vlt. profop. 2. eamque probabilem reputant falem speculativa loquendo ferre omnes doctores, in sequentia sententia referendi. Mouentur, quia Trinitas iis vocibus significatur, & eodem modo ac significatur Patris, Filii, & Spiritus sancti, si quidem non confusè, sed explicitè Trinitatem declarat, ergo constituant verum baptismum. Quod vero minus clara est Trinitas exprimatur, in causa esse non potest, vt verum baptismum non constituant, quandoquidem in re significata, & in modo significandi explicito, & non confuso conuenient cum vocibus Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Alias baptismus non esset, si loco Filii nomen Verbi, aut Iesu Christi exprimeres, & loco Spiritus sancti nomen Paracleti. Et loco Patris nomen principij, & originis rotius Trinitatis. Item non esset baptismus, si lingua ignota audientibus Trinitatem proferres, qua admittenda non sunt. Ergo ad essentiam baptismi sufficit Trinitatem exprimi verbis æquipollentibus.

15. Nihilominus secunda sententia negans sufficere ad essentiam baptismi Trinitatem exprimi verbis aliis aliqualiter æquipollentibus, qualia sunt praedicta verba genitoris, genti, & procedentis ab utroque, ipso communis, & tutu omnino amplectenda est. Etenim negari non potest iis vocibus, ut potest inutis non æquè explicitè personas Trinitatis significari ac vocibus Patris, Filii, & Spiritus sancti, quia non tam significant ipsas personas secundum eatum institutionem, quam secundum carum originem. Potuit autem Christus Dominus velle baptismum non alijs forma conferri, validumque esse, quam collatum sub vocibus communiter notis, & personas Trinitatis directè, & formaliter significantibus. Ergo potuit velle, vt baptismus collatus sub nomine genitoris, genti, & procedentis ab utroque invalidus esset, ut potest collatus sub vocibus notis tantum hominibus alias doctis, & eruditis, neque formaliter personas Trinitatis, sed carum origines, & notiones significantibus. Quod vero sic factum sit, evidenter constare non potest. At probabilissime colligitur tunc ex eo quod Christus Dominus Matth. vlt. præcipit sub vocibus illis notis Patris, Filii, & Spiritus sancti baptismum conferri, alias superflue eas voces exprimeret, si necessaria non essent; poterat enim præcipere baptizare gentes sub nomine trium personarum diuinarum. Tum quia baptismus est sacramentum Fidei, quo baptizati in fide initiantur, eamque profiterentur. Expediebat ergo proponi cam fidei professionem sub vocibus vulgaribus, & communibus, & æquè indoctis, ac doctis notis. Ergo baptismus sub alias forma collatus invalidus est. Et ita sultinet D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 5. & 6. quem sequuntur ferre omnes expoitiones teste Suar. disp. 21. fed. 4. Henric. lib. 2. cap. 9. ad finem. Valq. disp. 144. cap. 2. & 3. Egid. de Coninch. q. 66. art. 6. dub. vñ. concil. 4. n. 54. Bonac. disp. 2. q. 2. p. 4. n. 12. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. c. 4. n. 4.

16. Neque obstant rationes prioris sententia opposita. Nam esto voces genitoris, genti, & procedentis ab utroque conuenient tunc in re significata, cum in modo explicito, significandi cum vocibus Patris, Filii, & Spiritus sancti, quia tamen illa conuenientia non est perfecta, siquidem non æquè explicitè significant ob ea, quæ nuper diximus, ea de causa à forma sacramenti baptismi excludentur. Neque inde sit baptismum ministratum sub voce Iesu Christi quid quid dicat Valq. disp. 144. cap. 4. n. 15. Invalidum esse; quia vox Iesu Christi satis explicat tunc personam Filii, cum eius humanam, & diuinam naturam De illis vocibus Verbi, Paracleti, & Principij idem existimo dicendum ac de vocibus genitoris, genti, & procedentis ab utroque, quia videntur æquè ignore, neque personas Trinitatis formaliter significare, sed earum origines. Quod vero nomina personarum Graeca lingua, Hæbreæ, Latina

rina, aliud idiomate proferantur, nullatenus pertinet ad essentiam baptisimi. Quia baptisimae essentia tantum petit eius formam proferri sub illis vocibus, quæ eo idiomate, quo proferuntur sumptatæ exprefse, & distinctæ personas Trinitatis significent.

Illud est certum baptismum ministratum sub forma genitoris, geniti, & procedentis ab utroque esse ad minus dubium, ac proinde sub conditione repetendum. Sic Vals. Suar. Bonac. Laym. locu allegatis.

17. Ex supradictis deciditur, quæ variatio formæ essentialis sit, & irritatiæ baptisimi, quæ non? Aequidem variatio formæ, ob quam non fatis uitias, & Trinitas exprimitur essentialis est, & irritatiæ. Unde si sub nominibus, & non sub nomine trium personarum baptismum conferas, inuidiæ baptizas, quia non exprimis diuinam unitatem. Sic communiter doctores. Dubium est, si dicas. Ego te baptizo sub nomine Patris, & sub nomine Filii, & Spiritus sancti, an fatus exprimas unitatem trium personarum? Negar Bonac. alius licet falso relatis disp. 2. q. 2. punct. 4. n. 5. quia tacite indicat sub nominibus Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptismum conferri: illa enim repetitio nominis illius multiplicacionem denotat. Sed contrarium verius censeo, quia illa repetitio non potius multiplicatatem, quam unitatem, & identitatem denotat. Sed æquè est indifferens, sicut cum repetitis nomen Dei, cum singulas personas diuinam pronuncias, non obviende deitatem multiplicas, S. Agid. de Coninch. q. 66. art. 6. deb. vnic. conclus. n. 58. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. ch. n. 5. q. 3. Suar. disp. 21. sect. 3. vers. sed quid. At si loco nominis apponetas nomen virtutis, & autoritatis, & baptizaresque in virtute Patris, & Filii, & Spiritus sancti, incertum est, an baptismus efficit, quia nomen virtutis, autoritatis, & potentiae non fatis unitatem essentiae significare videtur, latiusque patet vox illa In nomine, quam vox in virtute maiestate, & autoritate. Illud vero certum est baptismum ministratum sub ea forma, scilicet cum Patre, Filio, & Spiritu sancto inuidiæ est, quia sola Trinitas non unitas exprimitur. Secus est, si baptizares in uno Deo Patre, & Filio, & Spiritu sancto, vel in unum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vel per unum Deum Patrem, &c. quia illi vocibus & unitas & Trinitas diuina fatus exprimitur, Vals. disp. 143. cap. 5. circa finem. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 4. q. 3.

Deinde si Trinitas sanctissima personarum in forma baptismi non exprimitur vel non exprimitur distinctè, hoc est sub nominibus vulgaribus, & communibus Patre, Filii, & Spiritu, probabilius est baptismum non confici, vt dictum est. Quocirca si dices: Ego te baptizo in nomine Trinitatis, vel in nomine Dei natus, & trini nequaquam baptizares. Idem si dices in nomine Patris, Filii, & Gratia, Spiritus sancti. Scit autem quandam obstericem sapientis infantes baptizasse: quia gratia Spiritus sancti unitatem non habet cum Patre, & Filio, neque cum ipso Spiritu sancto. Sed est res creatura ab ipsi distincta.

Quando autem per transpositionem verba mutantur retineto eodem sensu, contingit in hac oratione. In nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti ego te baptizo, manifestum est accidentalem esse mutationem, neque opinere valorem, baptismi impediti: quia est idem planè significatum, & modus significandi. Ad idem est, si dices: Ego te baptizo in nomine Spiritus sancti, Patris et Filii. Quia & Trinitatem, & unitatem vulgaribus vocibus exprimitur. Sed huic dicto non acquiescos, potius credere haec mutationem substantiale esse, quia non significas, spiritum sanctum, qualis ipse est, sed qualis non est. Significas enim spiritum sanctum esse Patrem, & Filium principium, cum tamen à Patre & Filio procedat. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 4. n. 6. vers. Porro in fine. Denique ex dictis tract. præcedenti perendum est, quando alia mutationes ex interruptione, additione, vel mutilatione verborum irritum sacramentum reddant. Quia generalis doctrina huic sacramentu specialiter applicanda est.

18. Hacuscum de nullitate baptismi ob variationem formæ locuti sumus; at si de licto vnu loquamur, certum est quamlibet variationem confutundi, & vnu Ecclesia adversam grave peccatum esse, & præcipue si inde oratur dubium valoris sacramenti. Solum aduerto absque graui peccato, ino sapè absque illo administrari posse hoc sacramentum vulgari lingua: nam etio consuecidine introductum sit, vt omnia sacramenta lingua Latina administrentur, hoc tamen sacramentum, quia sapè ob eius necessitatem à familiis rudibus, & inductis administratur, cestor obligario illud lingua Latina administrandi, & vulgaris lingua administrari poterit, & sic conuenientius est, vt periculum erroris abstat. Sic Sotus in 4. dist. 1. gat. circa 4. conclus. vers. in mutatione. Victoria de sacra. q. 18. Bonac. alius relatis disp. 2. q. 2. pun. 4. n. 17. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 4. n. 6.

P V N C T V M VI.

De subiecto Baptismi.

1. Homo viator extra uterum matris existens est subiectum capax baptismi.
 2. Non est secunda mater, ut infans baptizetur. Excepte nisi secundum leges morte esset digna, & crederetur secessio infantis profutura.
 3. A puncto natuitatis quilibet est capax baptismi.
 4. Non excluditur monachus, dummodo homo sit.
 5. Filius infidelium ratione usum habentibus petant baptismum, concedi debet parentibus renuentibus.
 6. Si dubium sit de ratione ipsa baptismus differentius est.
 7. Baptismus quacunque ratione conferatur ius validus est.
 8. Infantes etiam per iniuriam baptizati segregandi sunt à parentibus infidelibus adueniente ratione ipsa.
 9. Filius hereticorum ministrandus est baptismus.
 10. Procedit concilio, cau quo separari à parentibus possunt.
 11. Consentente quilibet ex parentibus infidelibus baptizari infans potest.
 12. Proportionis ratio dubitandi, qualiter Filii infidelium resonibus parentibus baptizari possint.
 13. Tercia est communis sententia negans.
 14. Excepti debet primo casus extrema necessitatis.
 15. Secundo excepti debet perpetuus amens.
 16. Neque is baptismus omittendus est, tametsi parentis ager fayet. Non amens est vis parenti inferenda.
 17. Tertiū excepti Filius à parentibus segregatus.
 18. Quarto Filius seruus seu parentis seruus.
 19. In ea eueniibus, quibus licet potes supradictis filiis ministrae baptismum, affirmat Vals. te obligatum es.
 20. Contrarium est probabilius non semper te esse obligatum.
- i. **N**eminis est dubium subiectum baptismi solum esse hominem viatorem, quia pro solis illis sacramenta sunt instituta. Debet tamen extra uterum matris natum esse falem secundum aliquam sui partem, vt baptisim capax existat, quia dum ibi est inclusus, ab aliis immediate, & in seipso non potest, quod ad baptismum necessarium est, vt bene dicter D. Thom. secer ob omnibus receptus q. 68. art. 1. Quid si inde inferas Deum pro his infantibus nullum statuisse remedium facile respondeo, negando nullum statuisse, si quidem martyrio salutis possunt. Secundum admittit nullum remedium pro iis secundum illum statum infinitum. Neque hoc est inconveniens, quia Deus obligatus non fuit, neque decuit singularis hominibus pro omni tempore, & conditione, qualibetque occasione, & circumstantia remedium salutis prouidere, collaudantes in peccato mortali existentes remedium habuerent.
- ii. Neque ob horum a regno cœlesti exclusionem vitandam secunda est mater alias morte non digna, vt sic facta baptismus ministriari possit. Quia non sunt facienda mala, quale est homicidium, vt inde proli euident bona. Quid si mater ad mortem damnata sit, timeaturque si differatur supplicium vsque ad partum prolem in vtero morituram, poterit ei casu seruato iuris ordine mater fecari, quia nec macri irrogatur iniuria, cum non autoritate priuata, sed publica occidatur, & proli summum concedatur beneficium. Sed si casus est mortaliter impossibilis, liquidum ex occidente matris malis periculum proli imminet, quām imminet potest ex partus expectatione. Adde vix cognosci posse hoc mortis infantum periculum, ob quas causas legibus statutum est executionem sententia mortis mulieris pragnantis diffundant esse vsque ad partum. leg. pregnantis. ff. de Paena, & pluribus exornat Couarru. 4. variar. cap. 4. Matre vero oscilla, vel mortua, si creditur infans vivere, aperienda est, & infantis, si viuis extiterit, baptizamus ministrandus. Atque ita docent Suar. 3. p. q. 68. art. 11. S. Agid de Coninch. lib. 1. Bonac. 3. q. 1. q. 2. pun. 6. à principio. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 2. cap. 3. q. 1.
- iii. Præterea fide stabilitum est quilibet hominem, quodmodumque ex vtero matris prodeat, statim capacem esse baptismi, quia capax est ablutionis sub prescripta forma verborum. Neque opus est expectare rationis vnum. Sic definit Trident. sess. 7. can. 3. colligiturque ex illo Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Quæ verba communia sunt infantibus, & adulis. Item Allorum 16. n. 15. dicitur Paulum Laydianum, & dominum eius baptizasse & I. Corinth. 1. n. 16. baptizau Stephanum dominum, seu familiam: in quibus verisimile est plures infantes fuisse, & consequenter baptizatos esse. Addit confuetudine Ecclesia id sicutarum esse. Ratio ea est, quia Christus Dominus quantum est ex se vult omnes homines saluos fieri, illigique sua merita, & passionem applicari. At hæc voluntas comparatione infantum eff. etum obtinere non potest, nisi medio baptismino, siquidem voluntem

rem propriam non habent. Credendum ergo est baptismum pro infantibus ante vnum rationis institutum esse. Neque enim debeat diuinam bonitatem legisque gratiae benignitatem omnes infantes ante vnum rationis a regno caeli excludi, cum tempore legis naturae, & scripta exculsi non fuerint, sed remedium peccati originalis haberent. Quod si obicias, Christus Dominus praecipiens baptismum ministrare, praecepit Apostolis baptizandos instruere, dixit enim: Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Sed ante vnum rationis nemo institutionis capax est. Ergo neque est capax baptismi suscipendi? Facile respondetur Christum Dominum non praecipisse quolibet baptizandos instruere, sed instruere qui capaces instructionis exciterint. Deinde praecipit instruere populum, & praedicare Euangelium ante vnam baptismi administrationem, Nam cum tunc omnes gente clement gentiles, vel Iudei, neque ipsi, neque eorum Filii patribus renuentibus baptizari poterant, debebant parentes prius in fide instrui, ut sic instrueret ipsi sacramentum suscipiant, & permitteret Filii ministri. Si omnes doctores Catholicci apud Bellarm. lib. de baptism. cap. 8. Suar. disp. 15. sect. 1. Egid. de Coninch. qu. 68. art. 9. Vafqu. disput. 154. per totam. Valent. t. 4. disput. 4. p. 1.

4. Neque ab hoc beneficio ita necessario excludendum est monstrum, si certò conset hominem esse, hoc est animam rationalem habere, sed absolute eo cau baptismus est ei ministrandus, quia verè homo est: si vero dubium sit, sicut homo, sub conditione baptismi ministrandus est. Quod si certo conset hominem esse, dubium tamen, an sint duo, vel vnum tantum, eo quod sub duobus capitibus vnum petrus existat; singulis capitibus est baptismus ministrandus primò absolute, secundò sub conditione. Vide Nauar. lib. i. cons. alias 3. de baptism. Paulum Commitol. lib. i. responsum moral. q. 8. Filiuc. tract. 2. c. 6. q. 10. n. 10. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 6. q. 6. Bonac. disput. 2. q. 2. punct. 6. num. 5. His postis.

5. Questio celebris est, qua ratione licet filios infidelium etiam in iuris parentibus baptizari? In qua questione illud est certum, si filii infidelium vnum rationis habeant baptismumque suscipere velint posse, & debere illis ministrari etiam parentibus renuentibus. Quia in iis, quæ ad salutem anima pertinent, quilibet sui iuri est. Addit omnes adulos rationis capaces obligatos esse diuino precepto baptismum suscipere, ut pote medium ad salutem necessarium nequeunt ergo parentes impedi. D. Thom. q. 66. art. 10. Vafqu. lib. 155. t. 1. in prin. Coninch. art. 10. in princ. Paul. Laymann. lib. 5. sum. 2. t. 6. q. 5. vers. quart. Bonac. pluribus relatis disp. 2. q. 2. p. 5. n. 12.

6. Quod si dubium sit, an rationis vnum attigerint, credo probabilius differentendum esse baptismum quoque celst dubium, nisi periculum adit decadendi sine baptismino. Etenim ha dilatione vitatur tum periculum retrocedendi à fide, cum non sit fatis voluntariè suscepta, tum iniuria parentum, quibus filii dum propria voluntatem non habent, in suscipienda religione subduntur. Si tamen adeit periculum mortis, baptismus conferendus est, quia ob conservationem iuris parenti non est permittenda perpetua filiorum damnatio. Si Vafq. disput. 55. cap. 3. num. 36. Egid. de Coninch. qu. 66. art. 10. n. 61.

7. Secundo est certum baptismum quacumque ratione collatum filii infidelium ante vnum rationis validum esse, & firmum. Quia ad baptismi valorem solum requiritur in partibus materia, forma, & debita intentio ministeri. Nam propria suscipientiam voluntas non expostulatur, nam loco illius succedit voluntas Christi, & Ecclesie, non parentum: si enim absque proprio, vel parentum consentiu posuerit iij parvuli peccato originali infici ob solam Adae voluntatem, quid mirum ut possint ab eo peccato mundari ob solam voluntatem Christi absque propria, vel parentum voluntate? Et ita tenendum est sic fuisse à Christo statutum, ut latius ex D. Thom. Antonin. Augustin. & aliis probat Vafqu. disput. 155. cap. 6. Egid. de Coninch. q. 66. art. 10. dub. unico. n. 65. Suar. disput. 25. sect. 2. per totam. Bonac. disput. 2. quart. 2. punct. 6. num. 11. contra Duran. Marsil. Paludan. relatos a Valq. & Suar. supra.

8. Tertiò est certum, infantes etiam per iniuriam baptizatos segregandos esse à parentibus adueniente vnu rationis, si periculum adit peruersorius, vt regulariter adest. Quia suscepit ergo Ecclesia, & debet eos à peruersione defendere, ergo potest, & debet eos à parentibus segregare, cum alter à peruersorius periculo liberare non possit. Sic docuit Egid. de Coninch. dicta q. 68. art. 10. dub. unico. n. 83. Paul. Laym. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 6. q. 5. concl. 3. colligiturque aperte ex Concilio Tolet. 4. c. 56.

9. Quartò certum est baptismum ritu Catholicco ministrati posse, & deberi filii hereticorum fidem in baptismino suorum deferentium, hanc deciditur in concil. Tolet. 4. c. 56.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. I. V.

relato in cap. de Iudei dis. 45. Quia heretici praecipis subduntur. Vnum autem ex Ecclesia praecipis est, vt filios ad Ecclesiam baptizandos deferant. Ergo si huic obligationi non satisfaciant, potest Ecclesia eos punire, & corum negligientiam supplicere, ac proinde potest eorum filios baptizare, & baptizatos ab eorum conforio separare, si periculum adit peruersorius, vt verè adest. Sic Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. c. 6. concl. 4. Egid. de Coninch. q. 68. art. 10. num. 81. Vafqu. disput. 155. c. 1. in princ.

10. Hæc conclusio procedit casu, quo filii separari possint à parentum hereticorum conforio. Nam si necessario in potestate parentum relinquendi sunt, difficultate non caret, an possit extra extreemam necessitatem eos baptizare ob mortale periculum in parentibus irridendi fidem à filiis suscepit, & ob periculum filiorum illam deserendi, cum ad rationis vnum peruenient. Ne quis ergo eo cau supradictos filios baptizare, ne sacramenta suscepit irreuerentia fiat, neue baptizari dannum gravius suscipiant ex futura apostasia, quam vilitatem suscepunt ex suscepere baptismino. Et ita sustinetur Sua. disp. 15. sect. 5. circa medium. Egid. de Coninch. qu. 68. art. 10. dub. unico. n. 81. Contrarium nec improbabiliter defendit paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 6. quart. 5. circa finem. Ea confidatione motus, quia supradictum periculum incertum est, cum sepe iij infantes ante vnum rationis moriantur. Quod si vivant facilius in fide Catholica instruuntur scientes baptizatos esse, quam si baptismum non receperint, & esto prava doctrina imbuanatur, pertinaces heretici non existunt, sed ignorantia difficulter vincibili laborant, ac proinde fidei donum retinent, & contritione de peccatis commissis saluari possunt. Idem quod dictum est de filiis infidelium baptizatorum dicendum est etiam si vnum tantum ex parentibus infidelibus baptizatus exierit, quia eo ipso Ecclesia praecipis subditur, & obligationem habet offerendi filium baptismino, & consequenter non impediendi, cum ab Ecclesia baptizatur. Bonac. disp. 2. q. 2. p. 6. n. 12. vers. tertio.

11. Quinto est certum, contentiente quolibet ex parentibus infidelibus te posse eius filium baptizare. Quia in nutritiis filiis, secumque retinendi, & gubernandi maxime circa necessaria ad salutem æquale ius patri, ac matri competit, ac proinde contentiente matre, esto pater renuat, filius baptizari poterit; quia pia voluntas in prolis fauorem impie preferenda est: debet tamen abesse mortale periculum peruersoris, quod verosimile est abs futurum, si parentes, qui baptismi causa fuit curer segregare Filium à conforio parentum relutant. Ad hanc enim separationem obligatur: sic docent ex commun. sententia Paludan. in 4. disp. 4. quart. 4. in fine. Azt. t. 1. lib. 8. cap. 25. quart. 3. Suar. disput. 25. sect. 3. vers. duo. Vafqu. disput. 155. cap. 3. num. 35. Egid. de Coninch. qu. 68. art. 10. dub. unico. n. 82. Sa à verbo baptisimus num. 11. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 6. quart. 5. vers. tertio. Bonac. disput. 2. q. 2. punct. 6. vers. tertio. Benac. disp. 2. q. 2. punct. 6. vers. respondens 5. colligiturque aperte ex concilio Tolet. 4. c. 62. relato in cap. Iudei. 28. quart. 1. Et cap. ex littera de confessu infidel. Advertendum tamen est huiusmodi confessum debebit esse ob finem mundandi filium à peccato originali, quia hic confessus securum reddit sacramentum ab irreuerentia, & filiam ab apostasia: nam si parentis consentiat filium baptizari, non quia credit baptismum ad salutem animæ profecte, sed quia existimat eo liberandum esse à corporis ægritudine, vel dæmonis vexatione, non videtur sufficiens, vt baptismus filio concedatur, si filius parentibus restituendus est, quia ex illo confessus non remouebitur periculum peruersoris, & tristitia fidei, sciri bene docet Filiucus. tract. 2. c. 6. q. 8. n. 145. Bonac. disp. 2. q. 3. punct. 6. n. 12. vers. tertio. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 6. q. 5. concl. 2. vers. quamobrem. Iis pro certo statutis.

12. Controversia est, an licet baptizare filios infidelium non baptizatorum vroque parente renuente, seu non contentiente. Ratio difficultatis est, quia parentibus nec ire naturali, nec diuino concessum est renouere filios à via salutis æternæ, sed potius renendit diuino precepto in viam salutis dirigere, & media necessaria eis concedere, ac proinde tenentur eos baptizandos offere. Ergo eos baptizandos nullam parentibus iniuriam irrogat, sed eorum officium supplet, & obligationi satisfacit. Et confirmo, si parentibus renuentibus iniuriam faceres eorum filios baptizans, habent ipsi denegandi filii baptismum. At hoc ius non habent, siquidem tenentur eis baptismum concedere. Ergo nullam iniuriam in eo baptisimo conferendo irrogare potes. Ergo poteris eos baptizare, dummodo possis ab eorum conforio eos remouere. Sic Sotus in 4. disp. 4. q. ult. Gab. q. 2. art. 3. dub. 5. poss. medium.

13. Nibilominus communis sententia negat hos infidelium filios autoritate priuata vel publica aliquius principis baptizari posse. Sic D. Thom. 2. 2. q. 1. art. 12. Et q. 68. art. 10. Suar. ibi. disput. 25. sect. 3. conclus. 1. Vafqu. disput. 155. cap. 2. à num. 10.

G Egid.

Egid. de Coninch. q. 68. art. 10. dub. 1. concl. 1. n. 69. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 2. c. 6. q. 5. concl. 2. Bonac. disp. 2. q. 2. punt. 6. num. 12. & alij apud ipsos. Ratio est, quia ne quis hos filios baptizare, nisi separando eos à consorio parentum infidelium, alias cederet baptismus in consumeliam creatoris; cum ob irrationem fidei, quae iuste timeri potest à parentibus facienda, tum ob periculum peruerbiōnis, quod ipis baptizatis imminet ex parentum infidelium societate. At nemini data est potestas separandi hos filios à parentum uela, cum ipsis parentibus iure naturae concessa sit potestas eos alienandi, nutriendi, & regendi praecepit dum propria voluntatem non habent. Ergo licetum non est eos baptizare. Neque obstat ipsos parentes obligatos esse offerre filios baptizandos, vt inde inferas te posse eos baptizare ipsis parentibus renuentibus. Nam etiam ipsi parentes obligati sunt se baptizandos offerre, non tamen obinde eos cogere potes. Etenim obligatio, quam parentes habent offerendi filios baptismū ex iure diuino nascitur, confituit illius transgresorem reum religionis, & pietatis filii debita, non iustitia. Quod delictum solum Deum vindicem habet, nullusque alius efficaciter corrigerere potest. Addo non esse improbabile inquit Coninch. dub. unico num. 73. parentes infidelium obligatos non esse baptizare filios ante vium rationis, vel necessitatem extemam, quia ex sola lege Ecclesiastica & confutudine recepta, quibus non arctantur infideles videat hæc obligatio nasci. Seclusa autem obligatione parentum certissimum est nulla auctoritate filium parentibus iniitis baptizari posse. Neque ab hac doctrina excipiendi sunt filii infidelium, qui Christiano principi ciuitatis sunt subiecti, quia haec subiectio non tollit à parentibus ius gubernandi filios, & secum retinendis neque transfert in principem, sicuti bene tradiderunt Valq. Suar. Bonac. Laymann. & alij locis allegatis.

14. Attamen excipit debet primo casus extrema necessitatis; si enim infans in periculo mortis sit constitutor baptismus, eft etiam iniitis parentibus, ne perperuo pereat; ob aeternam enim salutem pueri temnenda est leuis illa laesio iuris paterni, præcipue cum ex illa nullum mortale periculum apostolica immincat. Sic Valent. 4. disp. 4. q. 3. p. 3. vers. 3. Coninch. q. 68. art. 10. dub. vn. n. 77. Valq. disp. 155. c. 3. n. 22. Bonac. disp. 2. q. 2. punt. 6. num. 12. vers. verum vero. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 2. cap. 6. q. 5. vers. dixi. Suar. disp. 25. sect. 3. Henr. cap. 25. n. 2. & alij.

15. Secundo excipit ferè ob eandem rationem perpetuam amens, hic enim iniitis parentibus infidelibus baptizari potest ob eius extremam necessitatem, alias remedium salutis esset omnius destrutus. Neque obstat parentes ius habere gubernandi filium amentem, cumque dicandi Deo, cum sibi placatum fuerit, quominus eum possit baptizare parentibus negligenter iniatis; quia bonum, quod ex collato baptismū filio proueniā præferendum est leui laesoni iuris paterni cedentis in aeternum filij interitum. Sic Paul. Laymann. dicto lib. 5. tract. 2. cap. 6. vers. quinto.

16. Sed si quid timetas patrem agere latrum filium baptizari, & sacilegias, ritibus, & cæremoniis filium contaminatum, poteris, in supradicta extrema necessitate illum baptizare? Relpondeo posse, debes tamen, si commode potes dicta sacilegia parentis impedit subtrahendo filium ab eius consortio. At si ne quis filium a parentis cura separare, non obinde omittes baptismū sed sacilegium paternum permittes, quia ea permisso necessitate extrema baptismi honestatur, ut bene notauit Egid. de Coninch. dicta q. 68. art. 10. dub. unico num. 77. Nunquam tamen licet tibi maxime auctoritate priuata venti vim parenti inferre, vt eius filios baptizes, quia pars denegando baptismū peccat tantum contra legem diuinam supernaturalem, cuius delictum solum Deum vindicem habet, cum Ecclesia subditus non sit: filiis nullam iniuriam irrogat spectato iure naturae, ob cuius causam defensio locum habere possit. Nequis ergo parenti impedienti baptismū filiorum vim inferre, quia solum eam vim inferre posses vel in punitionem delicti commissi, vel innocentium filiorum defensionem. Atque ita sustinet Valq. disp. 155. cap. 3. num. 26. Egid. de Coninch. q. 68. art. 10. dub. ve. n. 77.

17. Tertio excipit filius segregatus à parentibus, cuius nulla spes subest in eorum consorium fore redditurum, quia eo causa nulla parentibus sit iniuria, cum ius quo habent gubernandi filium exercere non possint. Addo ea ratione filio in parentum potestate constituto denegatur baptismus, quia baptismū posito subtrahendus est à parentum consortio, ne parentis baptismū irrideat, & ne filius in apostoliam prauis parentum consiliis incidat. At hac ratio omnino cessat filio extra curam parentum existente, baptizari ergo potest. Neque confundens est parentis, et id fieri possit, quia necessarius non est eius consensus. Sic latius probant Suar. disp. 25. sect. 4. vers. secundū est certum. Egid. de Coninch. q. 68. art. 10. dub. vn. n. 77. Valq. disp. 155. cap. 3. n. 29. Azor. t. 1. lib. 8. cap. 25. qu. 4. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 6. que. 5. vers. secundo.

18. Quartū excipit filius seruus, seu parentis seruū, quem ex contentu Domini baptizare poteris. Etenim cum dominus potestatem habeat donandi, vendendi, mittendi seruum quod voluerit, potestatem habet separandi cum à filio, qua separatione postea nihil impedit, quominus filius baptizari possit. Adde omnia iura serui domino subiecta esse ob dominum in personam, ergo ius quod haber seruus parentis gubernandi filium, secumque retinendi domino eius subicitur, ac proinde potest dominus filium sui mancipij gubernare, secumque retinere, & baptizandum offerre. Sic Suar. disp. 25. sect. 4. concl. 2. Egid. de Coninch. q. 68. art. 10. dub. unico n. 86. Valq. disp. 155. cap. 4. per totum. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. c. 6. q. 5. vers. porrò eadem assertio. Bonac. disp. 2. q. 2. p. 6. m. 12. in fine.

19. Sed dubium est, an teneris iniitis parentibus filium baptizare, illis euentibus, quibus diximus licet te facere posse? Affirmo, & latè probat Valq. disp. 155. cap. 7. motus ea consideratione, quia charitate, quam in proximum habere debes, obligatus es bono illius consulere quoties commodè possis. Nullum autem est bonum proximo maximè ante vium rationis æque necessarium, ac baptismus, quo à peccato originali mundatur, & viam salutis ingreditur. Ergo teneris baptismum illi concedere, si facilè possis. Quod si difficultates, & inconvenientia adiungunt, quia te ab obligatione eximant, eo ipso videntur te adstringere, ne possis baptismum concedere, quia ea inconvenientia, quia te à supradicta obligatione eximunt, præponderare debent utilitati, qua ex baptismō nasci poterat. Quo posito nequis baptismum conferre, quia nequis viuis bono cum graui alterius, & forte rei publice iactura consulere. Ergo potestas ministrandi baptismum semper cum obligatione illius coniungitur, & celsante obligatione cessat potestas.

20. Nihilominus probabilis censeo sepè te posse ministrare baptismū filis infidelium, non tamen ad id teneri. Potes namque ministrare baptismū parvulo indigent, non tamen teneris, si ob eam causam graue periculum vita, honoris, imo & fortuna tibi immineat. Deinde sepè inconvenientia, quia ex collato baptismō timentur incerta sunt, & dubia, ob quorum incertitudinem sub opinione esse potest, an præponderare utilitati, quia ex baptismō prouenit, in quo calū & baptismū concedere, & ab illo abstinere potes. Præterea confutudine introductum est sepè parvulos Saracorum, imo hæreticorum captiuos vendi, & restituī parentibus nullo collato baptismū, ne ab ipsis Catholicorum filij captiuū detineantur cum graui apostolice periculo, & tamen encauſe in calū baptismū conferri poterat supradictis Saracorum, & hæreticorum filiis. Non igitur quoties tibi licet baptismū infidelibus predictis concedere ad id obligaris, & ita sufficiat Valq. disp. 25. sect. 6. per totam. Egid. de Coninch. q. 68. art. 10. dub. unico in fine. n. 88. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 2. c. 6. q. 5. concl. 2. in fine. n. 10. Henr. lib. 2. cap. 25. num. 1. q. 8. Bonac. disp. 2. q. 2. p. 6. n. 14.

P V N C T V M VII.

Quæ dispositio in suscipiente baptismum requiratur.

- Si baptizandus est parvulus, nulla dispositio est ex parte ipsius requiri.
- In adultis sequitur intentio, seu voluntas suscipiendi baptismū. Et qualis esse debeat.
- Requiritur præterea fidē, seu Trinitatis, & incarnationis notitia. Itemque diuinorum preceptorum.
- Denique requiritur contritio, seu atritio de peccatis commissis.

1. Bapstimus ministrari potest tum parvulus, tum adultus vium rationis habentibus. Si de parvulis loquamur conitā nulla ex parte ipsis dispositio intentionem prærequiri, vt valide, & licet baptismus ministretur. Nam Christus, & Ecclesia coram voluntate, & intentionem suscipiunt. Sicut late docet D. Thom. ab omnibus recepus. q. 68. art. 12.

2. At si adultis baptismus conficeratur, triplicem in illis dispositionem expolitatur, vt validē, & licet conferatur, nempe intentionem faltem habitualem suscipiendi baptismū, fidem vnius Dei, & Trini, & contritionem, seu atritionem de peccatis commissis. Expendamus singula. Primum requiritur intentio, seu voluntas baptismū suscipiendi, vt validē conferatur. Non enim expediebat Christum inuoluntarios milites habere, siveque præceptis renuentes obstringere. Hæc tamen voluntas, seu intentio necessario praesens actualiter esse non debet, sed satis est fuisse, neque eis retractare: colligitur ex confutudine Ecclesie ab Innocent. III. in cap. maiores de baptismō declarata. Neque obstante hanc voluntarem insufficientem esse pro baptismi administratione, quia minor voluntas ad recipiendum baptismū, quam

quam ad illum ministrandum requiritur. Unde ebris, dormientibus, vel amentibus tempore sanæ mentis baptismum expostulantibus validè ministratur, quia consentitur in voluntate prius habita perseverare. Sic ex communi sententia docet Suar. disp. 24. sct. 1. Bonac. disp. 2. qu. 2. p. 6. n. 18. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 6. q. 2. concl. 1. Egid de Coninch. q. 6. art. 8. dub. 5. Debet tamen haec voluntas libera esse, alias non erit rationalis. At quia merus eriam cadens in contumaciam virtutis simplicitatem non tollit, tamen illam diminuunt, ea de causa valorem sacramenti non impedit, sicuti docidit Innocent. in dicto cap. maiores de baptismo. & concilium Tolet. 4. cap. 55. & pluribus exornat Suar. Henr. Laymann. Bonac. allegatis. Nunquam tamen fieri amentibus, dormientibus, ebris, & coactis baptismum ministrare extra causam necessitatis, tum ob renuentiam sacramenti, tum ob diminutam, & imperfectam suscipientium voluntatem Bonac. dicta disp. 2. q. 2. p. 6. n. 21.

3. Secunda dispositio pro baptismi licite suscipiendo est fides iuxta illud Matth. vii. Baptizantes eos, prius enim praepicit doceri, qui doctrinæ capaces existente, quam baptizari. Et Marc. 11. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, subiungit, tamen si baptizatus fuerit, condemnabitur, quia sine fide impossibile est placere Deo, & remissionem peccatorum obtinere. Haec fides est quedam virtus supernaturalis infusa, qua mysterii reuelatio afflentur, quam ut adulci obtinente debent actu supernaturale credere Deum esse unum, & Trinum, & suorum operum remuneratores, iuxta illud Pauli, Accedentes ad Deum optaret credere, & quia est, & quia remunerator sit. Et insuper debent credere in Iesum Christum, quia haec est vita æterna, & cognoscere Deum Patrem, & Iesum Christum misum. Præterea quis liber baptizandus, nisi necessitas virget, inquit primum debet quæ sunt precepta, quibus obseruandis per baptismum astringitur, tum ne ab eorum obseruatione deficit, tum ne se decepit allegat, id quoque Christus Dominus praepicibus baptismum promulgari praepicit Apostolis, ut gentes docerent feruare à le mandata. Matth. vii. Quapropter extra mortis peccatum mortale efficit quemlibet baptizare, quia notitiam mysteriorum fidei, Trinitatis, incarnationis, & passionis Christi Domini, & praecipitorum tum decalogum, tum Ecclesiae saltem in genera habet, ut bene alii relatis probat Thom. Sanch. lib. 2. in decal. cap. 3. in fine num. 24. Præterea debet credere virtutem baptismi, ut illius effectum sperare possit, & se ad illum suscipiendum disponere.

4. Tertia dispositio pro licita baptismi susceptione est contritus, seu attrito de peccatis commissis; quia in adultis nulla fit peccatorum actualium remissio ab aliis poscentibus virtute iuxta illud actor. 2. Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque velutrum; colligitorque ex concil. Cartagin. cap. 85. & Trident. art. 6. can. 6. & tradit. S. Thom. 3. p. qu. 86. art. 4. Vasq. disp. 168. cap. 4. Suar. disp. 28. sct. 1. Valent. t. 4. disp. 4. q. 3. pun. 3. concl. 4. Bonac. disp. 2. q. 2. p. 6. num. 25. Dixi necessarium esse contritionem, seu attritionem, quia ad ritus baptismi suscipiendum sufficit attritio, eo quod baptismus ad remittenda peccata per se institutus sit. Non igitur expostulat necessarium dispositio, que peccati remissionem operetur: sicuti bene docent supradicti doctores. Quod si aliquando contingat (quod raro euenerit) si cuiuslibet sacramentum baptismi nullo peccata mortalium actuali infectum esse, obligatio non est habere attritionem seu contritionem, quia haec peccatorum defatigata peccata propria voluntate commissa spectat. Sic Henr. lib. 2. cap. 24. num. 3. & cap. 27. num. 1. Suar. disp. 18. sct. 1. Bonac. disp. 2. de baptismi. q. 2. p. 6. n. 27. vide quæ diximus tract. præced. pun. 13.

P V N C T V M VIII.

Qualiter baptismus necessarius sit ad salutem.

1. Extra casum martyrii parvulus necessarius est baptismus in re suscepitus.
 2. Adultus baptismus, seu vorum illius est ad salutem necessarius.
 3. Qualiter ex diuino precepto baptismus necessarius sit tum parvulus, tum adulter.
 4. Quando hoc preceptum comparatione parvolorum astringat parentes, seu tutores.
 5. Adulti eo astringantur, cum primum commodè possint suscipere, si bene instruti sint.
 6. Ex gravi causa differri baptismus potest.
 7. Ecclesia non potest determinare tempus suscipendi baptismum imponendo obligationem baptizandis, bene tamen declarando obligationem, quam iure diuino habent.
1. Parvulus, & adulter baptismus necessarius est, sed diverso modo. Parvulus, seu rationis viu carentibus extra casum martyrii est necessarius in re suscepitus, ad salutem conferit. de Castro Sum. Mor. Pars. IV.

sequendam. Constat ex Innocent. I. epist. 26. ad Concil. Militan. & ex concil. Carthagin. 5. cap. 6. relato in cap. placuit de confessat. disp. 4. & ex Innocent. III. in cap. maiores de baptismo, & clariss ex Trident. sct. 5. decreto de peccato originali. & sct. 7. can. 5. de baptismo, & pluribus exornant Bellarm. lib. 1. de baptismi cap. 4. Vasq. disp. 154. cap. 1. Suar. disp. 25. sct. 1. & 2. præcipue ex August. pluribus in locis, præcipue lib. 3. de anima cap. 9. dicente: Noli credere, noli dicere infantes antequam baptizentur morte præuentos pertinere post ad originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse Catholicus. Ratio est Christi instituto indicate illis verbis Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire regnum Dei, quia verba manifeste probant regenerationem per baptismum parvulus simpliciter ad salutem necessariam esse. Etenim carentes ratione viu nequeunt propriis actibus remissionem peccati obtinere, debent ergo medio aliquo à Christo Domino instituto eam remissionem consequi. At nullum aliud est præter baptismum, est igitur illis baptismus simpliciter necessarius.

Dixi extra casum martyrii. Nam ob martyrium ex speciali Dei priuilegio parvulus originale remittitur, & salus æterna conceditur. Neque enim decebat occisos in oculum Christi à Christo separari, & anima perdere, cu veritas dixerit Marc. 8. Qui perdidit animam tuam propter me salvam faciet eam. 2. Adulter: seu ratione ventibus baptismus, seu vorum illius est simpliciter ad salutem necessarius. Esse quidem necessarium constat ex concilio Florent. in litteris unionis ibi. Nisi ex aqua & Spiritu sancto renascimur non possumus (inquit veritas) in regnum celorum introire, & ex Trident. sct. 7. can. 5. dicente. Si quis dixerit baptismum libertum esse, hoc est non necessarium ad salutem anothera sit. Quod vero adulter sufficiat illius votum, cum baptismus suscipi non possit, decidit Trident. sct. 6. cap. 4. illis verbis. Translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adam in statum gratiae & adoptionis Filiorum Dei per secundum Adam Iesu Christum salvatorem nostrum post Euangelium promulgatum, siue lauacio regenerationis aut eius voto fieri non posset, siue scriptum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Ratioque est manifesta: nam ante suscepimus baptismum potest quis media contritione, seu dilectione Dei super omnia gratiam consequi, qua obtenta si moriatur baptismi non suscepito, eo quod fuerit impossibilis vita æternam consequetur, sicuti definit Innocent. III. cap. debitum de baptismo. & cap. 2. de presbytero non baptizato, & comprobatur August. lib. 4. de baptismo. cap. 22. & lib. 8. de ciuitate Dei. & D. Bernard. epist. 77. ad Hugonem de S. Victor. Ergo baptismus in re suscepitus medium non est necessarium adulter salutem. Quod vero in illa contritione, seu dilectione Dei super omnia continetur vobum, seu propositum baptismi suscipiendi inde probatur, quia in ea contritione, seu dilectione continetur vobum feruando diuina precepta. Vnum autem ex diuinis preceptis est de suscipiendo baptismate, cum commode fieri possit, ut statim dicimus. Ergo saltem baptismi vobum in contritione, vel dilectione Dei inclusum est adulter salutem necessarium. Dices inde inferri baptismus non esse magis necessarium adulteris, quam necessarium est cuiuslibet precepti obseruatio, siquidem huius vobum, seu propositum in qualibet contritione, seu dilectione iustificante imbibitur. Respondeo negando sequelam: quia aliter baptismus adulteri necessarius est, quam cuiuslibet precepti obseruatio. Etenim baptismus institutus est per se ad peccati originalis, & actualis ante ipsum commissi remissionem, quod nullatenus competit cuiuslibet precepti obseruationi. Ex qua differentia contritione, seu dilectione Dei super omnia quatenus in se imbibit vobum baptismi peccata remittit, & salutem conferit, non vero quatenus imbibit vobum cuiuslibet precepti obseruandi. Nam cuiuslibet precepti obseruatio non est premium (vt ita dicam) signatum à Christo Domino pro peccati remissione, bene tamen baptismus, ea que de causa vi iustificationis per contritionem obtinet non obligari ad cuiuslibet precepti obseruationem, obligari tamen ad baptismum suo tempore suscipiendum, viptore ad exhibendum premium, virtute cuius remissionem peccati per contritionem emitti.

3. Ex dictis inferri baptismum necessarium esse omnibus ex diuino precepto, omnibus enim preceptum est tum iure naturali, tum diuino positivo media ad salutem necessaria apponere. At baptismus vnicum medium est à Christo institutum pro peccati originalis, & mortalis ante ipsum commissi remissione. Ergo omnibus ex diuino precepto baptismus necessarius est. Hoc autem preceptum diuino modo parvulos, & adulter resipicit. Parvulos namque astringere non potest: quia ob defectum rationis capaces esse non possunt illius precepti, eaque de causa non ipsos, sed eorum parentes vel tutores, Ecclesiasque pastores astringit. Adulti vero astringuntur à puncto, quo baptismus ab Apostolis accepit, promulgatus fuit illis verbis, Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Neque obstat Christum Dominum.

num ante suam mortem dixisse Iohannem. **3.** *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei;* ut inde inferas ante eius mortem homines ad baptismum suscipiendum astringi. **N**ā etiam diximus manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis; & tamen sacramentum Eucharistiae eo tempore suscipi non poterat, cum non esset à Christo institutum. **S**ed illis verbis significauit Christus necessitatem baptismi, Eucharistiae suscipiendi, cum illorum sacramentorum publicatio facta fuerit, id est que dixit Concilium Tridentinum. **4.** Translationem ab statu peccati ad statum gratiae post Euangelium promulgatum fieri non posse sine lauacro regenerationis, aut eius voto, tacitè indicans ante Euangelij promulgationem que die Pentecostes facta fuisset posse homines, ab statu peccati ad statum gratiae sine lauacro regenerationis, vel eius voto transferri. **N**eque item obstat post illum solemnum Euangelij publicationem plures ignorantia inuincibili labore huius salutiferi remedii, quomodo ab eo puncto omnes eo præcepto suscipiendi baptismum teneantur, tenentur namque eo præcepto quantum est ex se, tametsi ob ignorantiam ab eius transgressione culpabilis excusentur. **4.** Difficultas ergo est quo tempore dictum præceptum obligat ministri parvulus baptismum, & adulti teneantur illum suscipere? Et quidem in periculo mortis manifesta est obligatio, ne carent baptismi in perpetuum condemnetur, & à regno coelesti exclusatur. Extra periculum mortis obligantur parentes, seu tutores sub graui culpa præcepto Ecclesie non scripto, sed consuetudine introducto, ne diu differant filii parvulus baptismum, quia alienum est à parentum pietate, & charitate dia conseruare filios mancipia diabolii, cum facile possint membra Christi, & Ecclesie efficeret, & regni coelestis heredes constituere. Quod si ipsi parentes, vel tutores negligentes extinerint, pastores Ecclesie ratione officij obligantur illorum negligentiam emendare. **S**icut bene norauit Suanus. **diss. 31. sect. 1. circa finem.** **Q**uia autem si diuina dilatatio sufficiens ad peccatum mortale, & arbitrio prudentis iudicanda est, teste Suanus. **diss. 25. sect. 1. §. sed quod res.** **H**enricus. **lib. 2. cap. 4. num. 1.** Credentem autem fecula graui causa ultra mensuram à nativitate diuina dilatationem, quia est dilatio contra communem proximam & periculo scandali sat isposita. **S**tante vero causa graui, qualis forte est, ut baptismus maioris cum solemnitate fiat, permititi potest dilatio ultra mensuram vnum, sed non duos, adhibita tamen speciali diligentia, nec parvulo periculum contingat decedendi sine baptismi. **S**ic Suanus & Henricus locis allegant. **A**egidius de Coninch. **q. 68. art. 3.** Paul. Laymann. **lib. 5. sum. tract. 2. c. 6. q. 4. conc. 2.** Numquam tamen licet est extra periculum mortis baptismum absque solemnitate ministrare, eaque de causa graui peccanti parentes, seu tutores, qui filios domi baptizant extra calum vngentis necessitatibus credentes Ecclesiam satisfacere, si postmodum filios ad Ecclesiam deferant pro ceremoniis baptismi suscipiendi. **E**sit enim ab aliis hic omnino exterminandus, ut postea aduersus Ecclesiam præcepit, ut sat colligunt ex Clement. **vn. de baptism.** & tradit Laym. **sa. verbo baptismus n. 5.** **A**rmina. **n. 4.5.** Bonac. **diss. 2. q. 2. pun. 7. n.** **19.** Paul. Laym. **lib. 5. sum. tract. 2. c. 6. q. 4. in fine.** **5.** **A**dulti si in fide perfecte instruti sunt obligantur baptismum suscipere, cum primum commode possint, ut ex Clemente, Romano, Basilio, Nazianzo, Chrysostomo, Nizero, & aliis firmat Valentinus. **diss. 149. cap. 4.** **A**egidius de Coninch. **q. 68. art. 3. dub. vn. conc. 1. n. 37.** **S**uanus. **diss. 31. sect. 2.** Paul. Laymann. **lib. 5. sum. tract. 2. c. 6. q. 4. in fine.** **H**enricus. **lib. 2. cap. 4. Bonac. diss. 2. de baptism.** **q. 2. pun. 2. num. 4.** **R**atio à priori sumitur ex fine ad quem baptismus fuit à Christo Domino institutus. **E**tiam institutus est non solum in peccati originalis remissione, sed in signum, quo fideles congregantur in vnum, vnamque Ecclesiam visibilis constituantur participesque sicut reliquorum sacramentorum, & sacrificij fructus. **S**ed huic fini grauitas obstat qui baptismum longo vita tempore absque sufficiente causa suscipere recusat. Ergo grauitas peccati vnde qui via salutis neglegit, scilicet à Christo, & eius Ecclesia, in qua est vera salus, lèparando. **D**ecinde baptismus institutus est ad fidem solemniter profundit, eaque de causa sub explicita Trinitatis invocatione ministratur, & fidei sacramentum vicitur. **A**renens credere fidei sufficienter propositam iniurias illi est, indicat enim non esse dignam credita. Ergo renens suscipiente baptismum sibi sufficienter propositum fidei iniurias erit. Atqui omnes tenentur non solum interius credere, sed fidem exteriori profiteri sicut aliquo publico, & formam, quo unitas fidei, & Ecclesie demonstretur. Ergo tenentur baptismum suscipere, quo indicatur haec fides, & Ecclesie unitas. Denique ab inconvenienti probata potest conclusio. Si enim adulti sufficienter in fide instructi non obligantur statim nachta occasione diuino præcepto baptismum suscipere, nullum tempus extra mortis periculum signari poterit, quo obligantur, quia nulla est maior ratio de vno, quam de alio, atque adeo, poterit quis absque peccato separari a Christo, & eius Ecclesia, & sacramentorum viuus vnde ad finem vitæ

perseuerare, quod est absurdum. **Q**uod si obicias antiquum vnum, quo plures vnde ad maturiorem ætatem, vel extre-
mum vitæ baptismum differunt? **R**espondeo vel ex rationabili cauca factum esse, vel ex ignorantia exculari, id est que eos imitari non debes, ut bene probat Nazianz. **orat. 40. in sanctum baptismum.** & Basil. **hom. exhortat. ad baptism.** **A**t si iterum obicias textum in c. duo tempora, & sequentib. de consecrat. **diss. 4.** quo ministri Ecclesie præcipiebarunt solum vigilia Resurrectionis, & Pentecostes baptismum ministrari extra casum necessitatis? **R**espondeo crescente populo, & occasione ministrandi baptismum, consuetudine supradictum decre-
to aboliuit esse & quo tempore baptismum ministrari posse, vt latè expendit Vafq. **diss. 150. cap. 3. per tot.**

6. Notanter dixi te in fide sufficienter institutum obligatum esse suscipere baptismum statim, si commode potes, vt in-
dicarem ob grauen aliquam causam differi posse. **Q**uia autem haec sit arbitrio prudentis relinquitur. Credetem autem ex parte bapti tati sufficientem esse ob periculum graue tum honoris, tum vita, tum fortune ei immineat ex baptismi ex tempore suscepere. Item abundantiorum fructum, qui dilaro baptismi creditur percipendus. Ex parte vero aliorum fide-
lium est sufficientis causa, si in eorum utilitatem cedar, scilicet cessu dilatio baptismi S. Sebastiani. **S**ic Vafq. **diss. 149. c. 4. n.** **4.** **A**egidius de Coninch. **q. 68. art. 3. dub. vn. n. 40.** Illud est certum quo maior fuerit dilatio grauiorem calamum ad sui ho-
nestatem expostula, vt docent prædicti doctores.

7. Sed inquires, an Ecclesia poterit determinare tempus, in quo baptismus ex obligatione suscipiendus sit? **R**espondeo nullatenus posse imponendo obligationem, quam alias bapti-
zandi non habent, bene tamen posse declarare obligationem
iure diuino illis impositam. **S**ic Aegidius de Coninch. **diss. 4. 68.**
art. 3. dub. vn. n. 41. **V**afq. **diss. 150. cap. 2. & 3.** **S**uanus. **diss. 31.**
sect. 2. **P**aul. Laymann. **lib. 5. sum. tract. 2. c. 6. q. 4. vers. dubitant.** **R**atio prioris partis est, quia Ecclesia iurisdictionem non ha-
bet in non baptizatos, sicuti definit Trident. **sect. 14. cap. 4. di-**
cens. Ecclesia in neminem iudicium exercet, qui non prius in
ipsam per baptismi ianuam fuerit ingressus, quae definitio su-
mitur ex Paulo. **ad Corin. 5. 1.** **D**is his, inquit, quis foris fuit,
(id est extra Ecclesiam) nihil ad nos. **S**i autem Ecclesia posset
non baptizatos obligare ad baptismum suscipiendum eo tem-
pore, quo alias ex diuino præcepto non tenebantur, iurisdi-
ctionem, & iudicium in non baptizatos exercet contra D.
Paulum, & Trident. definitionem. **Q**uod vero possit Ecclesia
declarare quibus circumstantiis, & occasionibus præceptum
diuini de suscipiendo baptismi obligat, inde probatur, quia per
hanc declarationem nullam in non baptizatos iurisdictionem
exercet, sed solum exercet clavem scientiam à Christo Do-
mino concessam pro rebus dubiis disoluendis, & difficultibus
declarandis.

P V N C T V M I X .

De ministro Baptismi.

1. **Q**uilibet baptismi compos est validus minister baptismi.
2. **A**bsque iurisdictione nequit licet ministrari, tametsi Sacerdos sit.
3. **Q**ualiter religiosi Societas concessa sit facultas baptismum ministrandi.
4. Inferiores clerici, & diaconi non sunt ex officio ad hoc mini-
sterium deputati.
5. Ad concedendam diacono facultatem hoc sacramentum
ministrandi non requiritur extrema noscita.
6. Extra periculum mortis nequit sacerdos, & à fortiori alij
clericis ministrare baptismum absque solemnitate.
7. Nequit domi baptismus scilicet necessitate ministrari.
8. Nullus alius à Sacerdote, vel diacono ex commissione Sa-
cerdotis ministrare baptismum solemniter posset.
9. In extrema necessitate digniori cedit minus dignus.
10. Est peccatum mortale inuersio huius ordinis, temetipsi contra-
rium sententia Sotius.
11. **Q**uid si presente clero non Sacerdote laicus ministraret?
Affirmant plures esse culpam veniale. Probabilis est
vel nullam esse, vel esse mortalem.
12. Excipitur pagani, vel heretici administratio presente fidei
Catolico.
13. Secundo excipitur, si presente diacono, laicus, vel inferior
clericis ministraret.
14. Qualiter unus baptismi plures ministri esse possint.
15. Qualiter plures simul baptizare posset.
16. Qualiter ab aliis prolatis forma sit coniungenda.

1. **D**upliciter sumi potest baptismi minister, primo quo-
ad valorem sacramenti, secundo quoad licitum illius vnum. **S**i de valore Sacramenti loquamur, quilibet si-
cure Sacerdos, sive laicus, sive vir, sive femina, sive baptiza-
tus, sive non baptizatus Sacramentum ministrare potest, vt
firmum, & ratum existat. **C**onclusio est erga de fide definita
ab

ab Eugen. 4. in Concil. Florent. post. vlt. sessionem. §. primum. ibi in causa necessitatis non solum Sacerdos, vel Diaconus, sed etiam laicus, vel mulier, in eo etiam paganus, & hereticus baptizare potest, dummodo formam feruer Ecclesia, & facere intendat id quod facit Ecclesia. Idem sumitur ex cap. affirm. de summa Trinitate, cap. in necessitate, cap. Romanus de consecrat. dif. 4. cap. ad l'imin. 30. quæst. 1. & alii tradidit D. Tho. ab omnibus receptus q. 67. art. 3. Ratio à priori est institutio Christi vlt., & constitutio Ecclesie declarata, conuenientia necessitas huius sacramenti, ob quam congruum erat iubus materiae communis & omnibus obvia, & sub forma facilem perceptibili esse institutum, concedit potestatem cuilibet ratione videnti illud administrandi. Neque his obstat textus in cap. quos à paganis de consecrat. dif. 4. vbi Gregor. secundus decidit baptizatos à paganis rebaptizandos esse; qui hi baptizati erant ritu pagano, & non Ecclesiastico, vt latius colligitur ex eo quod tubiunxerit rebaptizandos esse in nomine Trinitatis, indicans sub hoc nomine antea baptizatos non esse. Vide Vafq. disp. 147. cap. 1. & 2.

2. Si vero de licita baptizanti administratione loquamur, certum est baptismum licet administrari non posse, nisi minister jurisdictionem, & potestatem habeat illum administrandi vel immediatè à Christo Domino, vel mediis Ecclesie parvioribus. Nam cum baptizatus medio baptismo in congregationem Ecclesie adscribatur, & fiat Christi membrum, particepsque omnium sacramentorum, nullus nisi potestate à Christo accepta haec alicui communicare poterit. Hinc fit summum l'ontificem hanc à Christo plenam habere potestatem. Cum enim pene ipsum sit potestas visibilis Ecclesiam gubernandi, penes ipsum est potestas in Ecclesiam admittendis quos iudeauerint expedire. Prelati vero inferiores, quales sunt Episcopi, aliqui Abbes jurisdictionem quasi Episcopalem habentes hac potestate gaudent à Pontifice derivata comparatione eorum, qui in sua diocesi existunt. Nam cum ipso competit suarum diocesum regimen, competere necessario debet in illius diocesum communicatam admisso. At baptismo admittetur baptizatus in membrum uniuersitatis Ecclesie, & singulariter illius communiaris diocesanæ in qua baptismum suscepit. Ergo solis Prelatis potestatem habentibus regendi communitatem competit baptizare. Reliqui vero Sacerdos ex commissione ab Episcopo accepta hac potestate gaudent, Parochi ex officio, & iure ordinatio, eo ipso quo in Parochos eliguntur; qua potestate absque causa priuata ab Episcopi non possunt, quia habent illam ex approbatione iuris; alij Sacerdotes eam potestatem habent ex Episcopi, vel Parochi delegatione. Nam esto quilibet Sacerdos in ordinatione factus sit idoneus minister constitutus corpus Christi mysticum, quod si baptismi administratione, indiget tamen ad hunc vñum, vt sibi iurisdictione, & regimine Ecclesie concedatur, alias iniurias Ecclesie est; si in illius membrum quemlibet adscribir nullum in Ecclesiam jurisdictionem habens, sicut latius expendit Vafq. dif. 147. cap. 3. Unde mortaliter peccat Episcopus, vel Parochus, qui residentes in alia Ecclesia sine licentia Episcopi, vel Parochi illius baptizat, quia aggregat baptismatum Ecclesie, cuius nullum regimne sibi committimur est; colligitur ex c. interdicimus. 16. q. 1. & tradit. Agid. de Coninch. q. 67. art. 5. d. 1. n. 1. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. c. 6. concl. 2. Bonac. dif. 2. de Bapt. q. 1. pun. 5. n. 10. Eman. Sa. verb. Bapt. n. 6.

3. Dubium nonnullum est, an religiosis praepucie Societatis Iesu delegata sit à Pontifice facultas baptizantium ministrandi. Videtur namque esse, quia Paul. 3. in Iua. 3. alia 1. bull. Societatis concessa anno 1545. que incipit. Cum inter cunctas follicitudines, inquit facultatem concedimus singulis Societatis. Pœnitentia Eucharistia, & alta Ecclesiastica sacramenta fini alicuius praedictio ministrandi, Diocesanorum locorum, rectorum Parochialium, & aliarum Ecclesiastum, aut quorumvis aliorum licet deluper minimè requisita, &c. Ego ex vi huius priuilegij baptismum, & Extrinsem Vocationem ministrare possunt, alias superfluerent illa verba; Et alla ecclesiastica sacramenta, si præter Pœnitentiam, & Eucharistiam nullum aliud valent ministrare.

Pro predicti dubij explicatione supponendum est baptismum concedi posse in terris fideliis, vel infidelium. Si in terris fideliis concedatur, certum est non posse Religiosos extra causam necessitatis baptismum ministrare, quia est ministeri cedens in praedictum Episcopi, & Parochi, quibus regimne illius loci committimur est. Neque priuilegium in hac parte aliquid operatur, vt latius colligitur ex compend. Priuile. Soc. ver. 1c. & notaui. Suar. t. 4. de Relig. li. 9. de Soc. c. 4. n. 4. Si vero baptismus in terris infidelium concedendus sit, tunc subdistingendum est, vel ibi sum. Ecclesie fundatæ, vel non. Si Ecclesie fundatæ sint, neque Religiosi non Pastores extra necessitatem baptismum ministrare, videtur enim haec ministratio in Pastorum illius regimini praedictum cedere. Nam esto baptizandum nec ratione sibi, nec patentum, quia sunt infideles. Parochi subiectus sit quoad vim coercitam, videtur tamen subiectus esse quoad ingressum in Ecclesiam,

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I. V.

vt subiectus non posse in Ecclesiam ingredi nisi ex licentia Parochi illius regionis. Eo namque ipso, quod Pontifex illius regionis infideliū Episcopum, vel Parochum designauit, vires suas illis committit admittendi in Ecclesiam infideles. Ergo Religiosi non Parochi admittentes, Parochi, & Episcopos proprio praedicant, vt tanquam fecurios docet Suar. dif. lib. 9. cap. 4. n. 8. Probabile tamen existimat n. 7. iis posse per priuilegium prædictum Pauli 3. baptismum ministrari, quia cum baptizandus esti parentes, viportè infideles propriæ non sunt subiecti Parochi, & Episcopo illius regionis, priuilegium concedens baptizantibus administrationem sine praedictio, non de hoc praedictio, sed de praedictio proprio, quale est cum baptismus, aliud sacramentum ministratur ei, qui vel ratione sibi, vel parentum est alteri specialiter subiectus intelligentiū est. Verum si Ecclesie fundata non est eo loci, quo baptismus est à Religiosis ministrandus, poterunt Religiosi ex vi predicti priuilegij baptismum ministrare. Quia ministrante alterius praedictio. Addit. ibi Religiosos mitti, vt Ecclesiam fundent, ergo vt volentes ingredi recipient, & tradit. Suar. dif. 1. 4. de relig. lib. 9. cap. 4. n. 5.

4. Inferioribus vetò Clericis etiam Diaconis nullatenus baptizantibus administratio ex officio competit, vt definit Eugen. 4 in decreto fidei Concil. Flor. post ultimam sessionem. ibi minister huius sacramenti, eto Sacerdos, cui ex officio competit baptizare, tacite innuens alii à Sacerdote non compete, & docuit Ilid. lib. 2. de dinaria officia, c. 30. de Baptismo, & referunt in cap. confas de consecrat. dif. 4. ibi constat baptismus solis Sacerdotibus esse traditum, cùsque mysterium, neque ipsi diaconi explore licitum est absque Episcopis, vel Presbyteris, nisi illis procul absentibus ultima langoris cogat necessitas, quod & laicus fidelibus plerumque permittitur. Idem traditur à Gelasio Papa, epist. ad Episcopum Lançane, relato in cap. Diaconos. 93. dif. & Clemens Roman. lib. 8. confit. 1. postulac. c. 46. Neque his obstat quod ait Terullian. lib. de baptism. cap. 17. num. 114. dum ait: dandi quidem feliciter baptizandum habet illi summus Sacerdos, qui est Episcopus, deinde Presbyteri, & Diaconi; non tamen sine Episcopi autoritate proper Ecclesias honorem, & Hieronymus in dialogo contra Luciferian. num. 10. inquit, sine Chrismate, & Episcopi unctione, neque presbyteri, neque Diaconi ius habent baptizandi. His namque verbi's solum denotatur neque Diaconos, neque presbyteros simplices conferre baptismum posse, nisi intercedente Episcopi facultate. Diversimode tamen haec facultas Diaconis concedi potest, ac presbyteris. Nam presbyteri concedi potest haec facultas absque illa speciali necessitate, quia per ordinationem constituti sunt apud haec potestes concedatur, ac Diaconis concedi non potest, nisi deficiens Sacerdotibus, qui velint, vel possint baptismum ministrare, eo quod non sunt constituti ministri baptizantibus, nisi in Presbyterorum defectum illis ramen deficiens non solum baptismus priuatus, sed solemnis concedi potest, & facit colligitur ex Pontificali Romano, vbi Episcopus ad electos in Diaconos, inquit: Diaconum oportet ministrare ad altare; baptizare, & predicare. Sigillum ergo est innotesci, vt tanquam Presbyterorum minister, & in illorum defectum baptizare non quidem tantum priuatè, hoc enim etiam laicus competit, sed solemniter, alias nihil speciale Diaconus habet. Et ita sustinet Caier. q. 67. art. 5. Agid. ibi dub. 1. num. 13. & dub. 3. n. 26. Suar. dif. 25. sed. 2. in fine. Vafq. dif. 147. c. 4. n. 24. & seqq. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 7. q. 1. concl. 4. Bonac. plures refert, dif. 2. qu. 2. pun. 5. n. 3.

5. Neque ad hanc facultatem Diacono concedendam requiritur extrema necessitas, sed sufficit rationabilis causa, qualis est, si ob infirmitatem, vel excommunicationem, vel baptizandorum multitudinem, aliudque legitimum impedimentum non possit Sacerdos baptismum conferte. Quia id videtur expostulare officium Diaconi, quod est Sacerdotis inservi. Sic Agid. Valq. Suar. Laymann. locis allegatis. Seclusa autem speciali commissione probabilius est non posse Diaconum solemniter baptizare etiam in extremis necessitatibus, quia seclusa commissione non habet maiorem potestatem, quam laicus, vt colligitur ex cap. Diaconos 93. dif. ibi: abique Episcopo, vel Presbytero baptizare non audeant, nisi predictis Ordinibus fortasse longius constitutis necessitas extrema compellat. Alias si solemniter baptizare posset, non ut Presbyterorum minister, sed iure proprio baptizaret, cum tamen Diaconus semper ut Presbyterorum minister se gerere debeat. Sic Agid. de Coninch. q. 67. art. 5. dub. 3. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 2. c. 7. q. 1. concl. 5. Suar. dif. 31. sed. 42. vers. ultimo dicendum. Aliis vero Clericis inferioribus nullatenus solemnis baptismus committi potest, nisi à pontifice summo in iure Ecclesiastico dispensante, vt docent omnes Doctores teste Agid. de Coninch. dub. 3. n. 24. Suar. dif. 23. sed. 2. Neque etiam priuatus baptismus illis committi potest prelante Sacerdote, vel Diacono, qui velint, & possint ministrare, quia non sunt ministri constituti, nisi in Sacerdotis, vel Diaconi defectum.

De ministro baptisimi.

30

6. Pro superioribus est aduentendum primò graue esse peccatum Sacerdotis, qui extra mortis periculum baptismum si ne solemnitate, & ritibus Ecclesie ministret, quia textus in Clement. vnic. de baptismo id rigide præcipit. Sic alii relatis tradit: Vsq. disp. 147. cap. 5. num. 10. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 1. cap. 7. qu. 1. concl. 2. Egid. de Coninch. qu. 67. art. 5. n. 3. Quod à fortiori procedit, si alij Clerici inferiores, & laici extra mortis periculum baptismum ministrerent, quia solum eo periculo posito, & Sacerdote deficiente concepta illis est baptisimi ministratio, sicuti latius probat Vsq. dicta disp. 147. c. 5.

7. Hinc constat nullum Sacerdotem, Clericum vel laicum extra mortis periculum ministrire posse baptismum domi, quia est contra solemnitatem, & ritum ab Ecclesia obseruatum. Solum excipiunt filii, seu nepotes (vt tradit Glossa statim alleganda) regis, & principis, qui scrutatis alii solemnitatibus domi baptizari poterunt, vt habetur expressè Clement. vnic. de baptismo, ibi Glossa verbo liberis, & notauit Egid. de Coninch. qu. 67. art. 5. n. 3. Eman. Saa verbo baptis- mus. num. 13.

8. Secundo aduertere neminem alium à Sacerdote, vel Diacono ex commissione Sacerdotis ministrare baptismum solemniter posse, quia usurpat alienum officium sibi non competens, ob cuius usurpationem Clerico imposita est irregularitas, sic pluribus firmat Bonac. disp. 2. q. 2. pun. 5. n. 3. Vsq. disp. 147. c. 5. n. 3. Egid. de Coninch. qu. 67. art. 5. dub. 3. n. 24. affirmans esse omnium Paul. Laymann. lib. 5. tract. 2. cap. 7. qu. 1. concl. 2. c. 3.

9. Tertio aduertere stante extrema necessitate hunc ordinem feruandum esse in baptisimi ministratione, vt minus dignus digniori cedar, Sacerdoti cedar Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiaconi alij Clerici inferiores, & Clericis laicis, & viro feminis in ministrando baptisimare expeditior existat & baptizatio non baptizatus, & laico non excommunicato, Clericus, immo Sacerdos nominatum excommunicatus. Sic cum D. Th. q. 67. art. 4. communique sententia docente Egid. de Coninch. dub. 2. Sua. disp. 23. sect. 2. & disp. 31. sect. 4. Vsq. disp. 147. cap. 5. disp. 2. q. 2. pun. 5. n. 11.

10. Solum est dubium, an supradicti ordinis inuersio in baptismo priuato si peccatum mortale: Negat Sotus. disp. 4. qu. vnic. art. 2. indicans solum esse culpan veniale. Mouri potuit, quia eo casu omnibus data est potestas à Christo Domino baptismum ministrandi. Quod vero dignior minus digno sit preferendus, nullibi contat præceptum esse. Ergo solum ex quadam decencia, & honestate id præstandum est: non igitur erit mortale illius omisso. Ceterum communis sententia docet peccatum mortale esse, si præsente Sacerdote, nec renente baptismum inferior Clericus, vel laicus ministret, quia sacramento irrogatur iniuria, si conferatur à laico, cum possit à ministro ad minus deputato, & consecrato conferri. Neque confensus Sacerdotis hanc injuriam impidere potest, cum sit in usurpatione officij, & ministerij contra Christi voluntatem, & sacramenti reverentiam. Sic ut certum tradunt Vsq. alii relatis, disp. 147. cap. 5. à n. 33. Sua. disp. 31. sect. 4. vers. secunda, & seqq. Bonac. disp. 2. q. 2. pun. 5. n. 11. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 7. q. 1. circa finem. Egid. de Coninch. questione 67. articulus 5. dub. 2. numero 18.

11. At si præsente Clerico laicus ministret, & presente viro crudito feminam, plures Doctores censem solum esse culpan veniale, quia non omittitur minister ad minus deputatus. Sic docente Sua. disp. 31. sect. 4. vers. unde tertio. Bonac. Laymann. Egid. de Coninch. Iupra Eman. Saa verbo baptis- mus. num. 7. Ceterum probabilius censem cum Vsq. supra vel nullam esse culpam, vel esse mortalem. Et enim negari non potest sacramenti administratione grauem materiali esse, si igitur diaconi præcepto mandatum est laico, ne præsente Clerico ministret, & feminam præsente viro, & pagano præfate fideli, sine dubio graue peccatum committente, si hoc præceptum transgrediantur. Quod si diaconi præcepto id mandatum non est, sed porius à Christo Domino aqua est omnibus data facultas, in extremo vita baptismum absente Sacerdotis ministrandi (ut probabilius appareat,) nullum erit peccatum, si minus dignus dignior se præferat, quia in administratione non est minus dignus, sed æqualis. Præceptum autem Ecclesiasticum huius ordinis seruandi nullum inuenitur. Ergo nullum erit peccatum huius ordidis transgreßio.

12. Ab hac doctrina excipiunt alij qui paganum, vel hereticum ministrantem baptismum præfates fideli Catholico, dicuntque peccare morta iter in tali administratione ob irreverentiam sacramentum factam. Sic Vsq. dicta disp. 147. cap. 5. circa finem. Sua. disp. 31. sect. 4. §. sed obiectes Egid. de Coninch. qu. 67. art. 5. dub. 2. circa finem. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 1. c. 7. q. 1. in fine. Et quidem de heretico cum sit excommunicatus, certum est ratione excommunicationis, si administratione, quæ per alium fieri potest, se ingerat. At de pagano non est ita certum, cum nullum adit speiale præ-

ceptum, quo obligetur abstinere à baptisimi administratio- ne in periculo mortis. Catholico praesente. Credo tamen vix excusari posse à mortali, qui relicto fideli paganum ad facramenti administrationem inuitaret, vt recte norarent Suar. & Egid. supra, tum ob scandalum fidilibus datum, tum ob periculum, quod credi potest adefici ministraturum baptismum cum errore in fide, & prava intentione.

13. Secundo excipiunt baptismum, quem laicus, vel Clericus inferior ministraret in extremitate vita periculo praesente Diacono, & potente, nec renente concedere, quia Diaconus est specialiter consecratus ad baptisimi ministrationem Sacerdotis deficiente, sicuti constat ex verbis, quæ proferuntur in eius ordinatione, & ex Gelasio Papa in cap. Diaconos. 93. disp. At ob hanc causam, si laicus, vel Clericus omisso Sacerdote sacramentum ministraret, peccaret mortaliter, sicuti ex communi sententia probatum reliquimus. Ergo etiam peccare debet, si ministrat omisso Diacono. Et fulnit Egid. de Coninch. qu. 67. art. 5. dub. 2. conclus. 3. & indicat Suar. disp. 23. sect. 2. in fine. Et placet mihi exceptio hæc, tametsi contraria doccent expressè Suar. disp. 31. sect. 4. vers. inde tertio. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. c. 7. qu. 1. vers. arbitratur, ea consideratione moi, quia Diaconus ex officio ad hoc ministerium deputatus non est, siquidem solum ex commissione solemniter baptizare potest, & seclusa commissione priuari. Sed hæc ratio non virget, estio ex officio, & quasi iure ordinario Diacono baptisimi ministratio commissa non sit, est ratiocinii complicita iure extraordianaria, stante scilicet alij cauila rationabili, ob quam Sacerdos commodè non possit baptismum ministrare. Quapropter iure diuino est consecratus baptisimi minister non ordinarius, sed extraordinarius, tum ad baptismum solemniter faciendum ex commissione, tum ad baptismum priuatum concedendum obficiens Presbyteris in extrema necessitate. Et licet alij Clericis inferioribus ea occasione baptisimus permitteatur, at Diacono iure diuino concedetur, & ad illius ministracionem consecratur, ac proinde illius omisso, sicuti omisso Sacerdotis peccatum mortale inducit.

14. Superest inquirendum, an vnius baptisimi plures ministri esse possint? Sed huic questioni punct. 5. satisficiunt, affinantes vnius baptisimi plures ministros esse posse, si ab solutè, & nulla inter se constituta dependentia baptizandum aluant, & formam proferant, eamque perficiant, eodem puncto, & instanti: quia eo casu non le invicem impediunt, sed potius coadiuvant, sicuti cum duæ cauile totales ad eundem effectum concurrent, quarum una deficiente alia effectum produceret. Secus vero si intentionem haberent inter se dependentem, eo quod vnuquaque nollet ablutionem, & formæ prolationem à se factam effectum habere, nisi simul alterius ablution, & formæ prolatione effectum habeat: quia ea interior obstat Ecclesiæ institutioni per Ecclesiam declarata. Etenim Christus Dominus sic baptismum instituit, ut vnuis ministri ablution, & formæ prolatione sufficiens sit ad illius constitutionem. Si ergo velles baptismum ex tua, & alterius ablutione, & formæ prolatione confici, manifestè institutioni Christi repugnare, & gravissimum peccatum committeres. Quinimo velle simul cum alio concurrere in ministracione baptisimi etiam intentione independenter graue peccatum est, quia est contra vnu, & consuetudinem Ecclesie, & periculo manifesto expositum nihil efficienti, hec nihil sit, si post socij ablutionem & formæ prolationem tuam perfici. Neque obstat plures Sacerdotes, cum ordinantur ad consecrandum simul cum Episcopo concurrere. Quia id factum est ab Ecclesia, vt indicaret venerabile Bucharistiæ sacramentum esse per modum coniuncti in quo plures concurrunt, institutum. Nulla autem specialis causa est, ob quam permittatur plures ad vnum baptismum concurrere. Sic sustinet Doctores communiter cum D. Thom. q. 67. art. 6. teste Vsq. disp. 148. per totam. Egid. de Coninch. dub. 1. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 7. q. 1. Sua. disp. 31. sect. 3.

15. Secundo inquires, an plures simul baptizare possint? Cui quidam eritis supradicti punct. 5. satisfici affirmanter te posse simul plures baptizare, si plures ablutas, & formam omnes comprehendentes proferas, sicuti si plures abludo dices: Ego vos baptizo: quia abluto non est vnu, sed multiplex juxta multiplicitudinem subiectorum, qui abluntur; forma vero esto videatur physicè vna mortaliter, multiplex est, quia eundem lensem præfata ea forma. Ego vos baptizo, super plures prolatio, ac si super singulos diceres: Ego te, baptizo, id est que non vnu sacramentum, sed plura ibi conficiuntur, ut bene probat Vsq. disp. 148. cap. 7. n. 51. Egid. qu. 67. art. 6. dub. 2. conclus. 5. Bonac. disp. 2. qu. 67. art. 2. pun. 4. num. 22. Nunquam tamen extra gravissimum necessitatem, licet in hoc modo baptismum ministrare. Et licet Sotus in 4 disp. 4. qu. 67. vnic. art. 4. §. secundo arguitur, censeat solum esse peccatum veniale nulla necessitate intercedente si baptizare, cui faveat Valent. q. 3. pun. 2. Reginald. cap. 30. n. 46.

n. 46. At verius censio peccatum graue esse, quia est contra ritum, quem communiter Ecclesia feruat in baptismo administratione. Si Aegid. de Coninch. q. 67. art. 6. dub. 2. Vafq. aliis relatio. disp. 148. c. 7. n. 50.

16. Tertio inquires, qualiter ablutionem cum prolatione foras coniungere debetas, ut rite baptismum ministres? Respondeo sic debere coniungere, ut forma prolatione ablutionem significet. Significare autem eam potes siue ante, siue post formam prolationem, ablutionem facias, si vna alteri immediate, succedat. Ut pluribus exemplis declarat Sotus in 4. diff. 3. q. unica art. 8. & ex illo. Valq. disp. 148. cap. 7. Henr. lib. 1. cap. 9. num. 10. paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 7. q. 3.

P V N C T V M X.

De effectibus Baptismi.

1. *Triplex est effectus Baptismi.*
2. *Baptismus ex se confort gratiam peccati originalis, & actualium remissiam.*
3. *Est equalis haec gratia in parvulis, in adultis abundantior, si abundantiori dispositione se preparant.*
4. *Remisit baptismus penam omnem pro peccato debitam.*
5. *Non tollit penitentias.*
6. *Imprimis characterem.*
7. *Suscipienti baptismum solent speciales gracie concedi.*

Res sunt principiū effectus Baptismi. Primus est gratia habitualis remissio peccati originalis, & actualis, si forte ante ipsum baptismum commissum sit. Secundus est remissio totius penitentiae eternae, quam temporalis debet pro peccato. Tertius est character indelebilis, quo baptizatus incapax redditus denuo Baptismum suscipiendo. 2. Circa primum effectum fide certum est baptismum non ponenti obicem conferre gratiam peccati originalis, & quorumlibet actualium remissiam. Nam esto olim non fuit haec veritas declarata, sed in veramque partem agitabatur quæstio, ut constat ex Innocent. 3. in cap. maiores. §. 1. in fine de baptismi, & ex Clement. in concil. Vienensis. Clementina de summa Trinit. & fide Cathol. §. ad hoc baptismi. At post Concilium Florent. & maximè Trident. iam non dubitaverunt. Nam Eugen. 4. in concil. Florent. decreto de Armenis. generaliter definit sacramenta nouae legis gratiam causare ex opere operato. Trident. vero idem definit. *seff. 7. de sacr. in genere, can. 6.* & *seff. 6. can. 7.* loquens de iustificatione quæ sit per baptismum, & penitentie sacramentum, inquit: In ipsa iustificatione cum remissione peccatorum hac omnia simul insula accipit homo per Iesum Christum, cui inferunt, fidem, spem, & charitatem, &c. At gratia, & caritas esse non potest cum peccatis. Ergo in baptismum infunditur gratia omnium peccatorum remissa. Sed certum est id ipsum declarauit Trident. *seff. 5. in decreto de peccato origini. §. 5.* dicens. Si quis per Iesum Christum Domini nostri gratiam, quæ in baptismi confert reatum peccati originalis remitti negat, anathema sit. Et statim subiungit Concil. In renatis nihil odit Deus, quia nihil est damnationis iis, qui verè consolati sunt cum Christo per baptismum in mortem. Et ergo illa gratia, quæ per baptismum confertur non solum remissiu originalis peccati, sed cuiuslibet actualis, si forte existat. Alias aliquid efficit in renatis damnationis, quod Deus odio habet. Adeo per baptismum infundi gratiam non solum peccati originalis, & actualis mortalium remissiam, sed etiam cuiuslibet venialis, cuius baptizatus complacentem non habet. Sicut ex eodem loco concilii colliguntur, quatenus affecti baptizatos veterem hominem exire, & inducere nolum, qui secundum Deum creatus est, & effectique innocentes, immaculatos, puros, innoxios, ac Deo dilectos, hæredes Dei, & co-hæredes Christi, ita ut nihil profici eos ab ingressu cali remoretur. Si autem gratia, quæ per baptismum infunditur peccata venialium baptizatorum non remitteret, non ita puri, innocui, & immaculati redderentur, quin ab ingressu Ecclesie retardarentur. Deinde *seff. 14. cap. 1.* inquit concilium. Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut iustitiam in baptismi ipsius beneficio, & gratia suscepit constanter tuerentur, non sufficeret opus aliud ab ipso baptismi sacramentum ad remissionem peccatorum esse institutum. Supponit ergo concilium peccata etiam venialis per baptismi gratiam remitti, alias opus est sacramento alio ad illorum remissio- nem. Notanter dixi infundi gratiam in baptismi peccatorum quorumlibet remissiam, non remittentem actu, qui contingere potest adultum suscipientem baptismum esse, ita dispositum contritione, seu dilectione Dei super omnia, ut ei sint peccata remissa. Quo calu gratia per baptismum insula non remittit peccatas, quia ea remissa inuenit, est tamen de se omnium peccatorum remissa.

3. Hæc gratia, quæ per baptismum parvulis, seu rationib-

us catenibus infunditur, æqualis omniibus est, quia tam ex parte sacramenti, quam ex parte suscipientium nulla est diversitas, in adultis vero pro digniori dispositione, qua se ad suscipiendum baptismum præparant, abundantior gracia conferitur, ut latius dixi tract. preced. pan 8. n. 8.

4. Secundus effectus baptismi est remissio totius penitentiae, & temporalis debitis pro peccatis, colligitur manifestè ex illo loco Trident. *seff. 5. §. 5. de peccato origini.* Siquidem inquit Concilium, baptizatos ita hæredes Dei, & co-hæredes Christi per baptismum effici, ut nihil profici eos ab ingressu cali remoretur. At si baptismus omnem penam debitam pro peccatis non remitteret, aliquid esset quod baptizatum ab ingressu Ecclesie remoraretur. Expressius docuit *seff. 6. cap. 14.* dicens: iustificatione, quam lapsi post baptismum obincidunt sapientem remissionem soluendi aliquam penam pro peccatis debitam, quia ut sacra littera docent, non rotar semper, ut in baptismi fit, dimittitur. Et *Concil. Florent. dicto decreto de Armeniis* inquit: Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpa originalis, & actualis, omnis quoque penitentia, que pro ipsa culpa debetur, propterea baptizatis, nulla pro peccatis praeteritis iniungenda est satisfactio. Ratio sumitur ex Christi institutione, congruens ex similitudine, quam habet baptismus cum Christi morte, iuxta illud ad Roman. 6. n. 4. Quicunque baptizatus sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Concepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, sed Christus Dominus sua morte perfectè vicit peccatum. Ergo baptismus, qui morti Christi assimilatur, peccatum baptizati plœa vincit. Ergo non solum secundum culpam, sed etiam secundum penam illud deler. Et ita tradit D. Tho. ab omnibus receptus. q. 68. art. 5. & q. 69. art. 2.

5. Penitentiae autem, quæ ex peccato originali consequuntur, qualis est iniuritas, mors, concupiscentia, seu rebellio carnis contra Spiritum, baptismino in hac vita teste experientia non tolluntur, quia nec sunt peccata, neque penam propriæ peccatorum, siquidem in statu puræ naturæ contingerent. Et insuper ad patientia exercitationem, & virtutum argumentum non leviter conducunt. Vide D. Thom. q. 69. art. 3.

6. Tertius effectus baptismi est character, quo baptizatus redditum incapax denuo baptismum suscipiendo, sicuti docuit Concil. Florent. decreto de Armeniis, & Trident. *seff. 7. de baptismi.* idemque in Symbolo Nic. ceno, scilicet unum baptismum in remissionem peccatorum. Congruentia huius institutionis desumitur ex eo quod baptismus sit quedam spiritualis regeneratione, cum autem nemo vir nasci possit, decuit nec bis posse renasci. Cum autem sapientia contingat suscepto baptismi baptizatum Christo non renaci, eo quod indebet baptismum suscepit. Non obinde baptismus iterandus est, quia valor baptismi, & characteri, insuffiso non pendet ex prava suscipientis intentione ad gratiam, & haec itare per baptismum obtinendam. Sublata autem haec præmia di positione ex vi baptismi prius suscepti baptizatus renascitur. Sed qualiter haec omnia contingant explicui. *tract. preced. pan. 9. 10. & 11.*

7. Præterea suscipientibus baptismum solent aliquando concedi speciales gracie, & beneficiæ, ut miraculosa sanitas, sicuti Constantino Imperatori concessa fuit. At hi non sunt effectus annexi ex diuina promissione baptismi: alias omnibus ritè baptismum suscipientibus concederentur. Sed sunt effectus ex diuina liberalitate ob singularem aliquem finem à diuina prouidentia præordinatum.

P V N C T V M XI.

De Patriinis in Baptismo adhibendis.

S. I.

Quod sit patrini munus, & obligatio, & qui in patrinos designari possint?

1. *Est obligatio sub gravi culpa in baptismino solemnii adhibendii patrimum,*
2. *Obligatio est patrini baptizatum inserviare fide, & bonis moribus, si indigeat.*
3. *Qualibet baptizatus rationis causa patrini esse potest.*
4. *Excipiuntur monachi, & qui sub monachi nomine comprehenduntur.*
5. *Monachus validus patrini esse potest.*
6. *Excipiuntur pauperes publici.*
7. *Tertio excipiuntur heretici.*
8. *An possit Hereticum in patrimum admittere, cum Catholicon commende reperire negat?* Affirmat Layman.
9. *Qualiter supradicta sententia approbanda sit.*
10. *An possit esse patrini baptismi ritu heretico collati, tametsi sub forma, & materia ab Ecclesia prescriptis.*

11. *O Bligationem esse in baptismino solemnii adhibendant aliquam personam præter baptizantem, qui baptiza-*

C 4 sum

tum leuet de sacro fonte, & illam sub sui tutelam, & fidem suscipiat doctrina, & bonis moribus instruendum, antiquissima Ecclesiae cōsuetudine stabilitum est, ut constat ex Tertulliano lib. de baptismo cap. 3. & 18. & ex Dionysio cap. 2. de Ecclesiast. Hierarchia, & ex August. epif. 21. & lib. 1. de peccatorum meritis. c. 34. & serm. 163. de tēpore. & serm. 215. & alibi sōpe, & supponitur, c. vos autem. cap. non plures. cap. in catechismo, de confessorat. disp. 4. & toto tit. de cognat. Spirit. & cap. quāmuis eodem tit. in. 6. & à Trident. sess. 24. cap. 2. de reformat. Quia obligatione praecipue astringitur parochus baptizans, ipse enim (ut inquit Trident.) inquirere diligenter debet, qui sit à parentibus, seu tutoribus baptizandi designatus, ut baptizatum leuet de sacro fonte, neque ad baptīsum procedere debet, quounque hic designatus sit. Ratio huius institutionis optime tradidit D. Thom. q. 67. art. 7. ex similitudine, quam habet baptīsum cum carnali generatione: nam sicut parvulus nuper natus indiget nutrice, & pädagogi, sic spiritualiter natus per baptīsum indiget aliquo, qui fungatur vice nutriti, & pädagogi informando, & instruendo eum quasi nouitium in fide de his, que pertinet ad fidem, & vitam Christianam. Non enim qui patulo baptīsum ministret, & spiritualiter gignit, potest semper hoc minus per seipsum obire eaque de causa decuit aliū designari, qui simul hanc obligationem suscepit. Ad declarandam ergo hanc obligationem variis nominibus Patres, & doctores hoc minus obuenient appellarent. Nam D. Thom. quem reliqui scholasti sequuntur, pädagogum nominant, quia puerum instituere debet in fide, eiusque vestigia dirigere. Neque ab hac appellatione longè fuit August. epif. 23. ad Bonifacium, appellans cum fidei doctorem, quia docere debet baptizatum fidem, quam in baptīsmo professus est. Alij Patres cum ipso Augustino vocant supradictum Suceptorem, quia de manu baptizantis baptizatum suscepit erudiendum. Sic August. relatus in cap. vos ante omnia de confessorat. disp. 4. & specialiter Cōcilium Coloniæ, sub Paulo 5. p. 7. cap. 4. & Concl. Augustinianum. c. 16. & alibi. Alij, vt Dionys. Areopag. lib. 2. de Ecclesiast. Hierarch. & August. Serm. 106. 165. & 215. fideiustorem appellant. Tertullian. lib. de baptismo cap. 18. Sponsorem, quia leuando baptizatum de sacro fonte racite fideiubet, & responderet illius curam habiturum. Denique appellatur communiter Comptator, seu patruus, vi fecit Hyginius Pontifex relatus in c. in catechismo de confessorat. disp. 4. & August. serm. 106. quia simul cum baptizante spiritualis pater est baptizati, illumque in die gignit.

2. Ex supradictis manifestè constat susceptorem, fideiustorem, sponsorem, seu patruum absolute obligatum esse sub graui culpa baptizatum in fide, & doctrina Christiana instruere, alias muneri, quod suscepit, non fasificat, colligeturque ex cap. vos ante omnia de confessorat. disp. 4. cap. ita diligere. 50. q. 1. & exp̄s ex Leone. 3. in Concil. Moguntiaco cap. 47. ibi. Deinde precipimus, ut unusquisque compater, vel proximi spirituales Efilios suos Catholicos infrauant, tradicte quod D. Thom. receptus ab omnibus. q. 67. art. 8. Huic tamen obligationi plena fasificas, si baptizatum semel in fide, & doctrina Christiana institutas, tametsi postea comperas oblitum esse, quia non est credendum hanc obligationem totto vita decurso durare, sed tempore quo baptizatus rudit existit, & quasi parvulus pädagogi indiget. Quocirca raro hac obligatione tenentur patrini in regionibus fideliū, quia vis praetulerū possum baptizatum non esse à parentibus, seu tutoribus, vel magistris sufficienter instruendum. Secus vero est in regionibus infidelium, seu hereticorum, & maximē si parentes illius infideles, seu heretici existunt. Sic D. Thom. q. 67. art. 8. Suar. & Aegid. de Coninch. ibi & Laymann. supra Valent. c. 4. disp. 4. q. 2. p. 3. Eman Saa edit. Romana. verbo baptisma. n. 15.

3. Quilibet baptizatus rationis compos, sive vir, sive feminina sit patruus, seu susceptor esse potest. Primo debet esse baptizatus, quia alias ineptus censetur ad instruendum in fide qui fidem in baptīsmo non suscepit, sicuti habetur in Concil. Moguntiaco. capit. 47. relato in cap. in baptīsmate de confessorat. disp. 4. Secundo debet esse rationis compos, alias fide iubet, neque spondere pro baptizatu poterit, neque minus instructoris suscipit, & illius obligationi fasificare, eaque de causa in Concil. Parisien. lib. 1. cap. 54. dicitur huiusmodi patruos debere & viam tanu sacramenti, & quid pro aliis spondenter intelligere. Nullibi tamen habetur certam etatem requisitam esse: sic ex communione sententia tradit Nauar. lib. 4. conf. 1. alias. 2. de cognat. spirituali & conf. 3. alias 4. eodem titulo. Henr. in sum. lib. 12. c. 11. n. 2. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 61. num. 3. & 4. Basili. Ponce, lib. 7. de matr. disp. 37. num. 5. in fine. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap.

9. num. 2. Dixi sive vir, sive feminina, quia esto dedecet praecipue in baptīsmo adulorum viri baptizati feminam suscep̄torem esse. Nam tamen id est specialiter prohibitum, ut saris colligitur ex cap. vos ante. cap. non plures de confessorat. disp. 4. & cap. quod autem. 30. q. 4. & cap. quāmuis de cognat. spirit. in 6. & ex Trident. sess. 24. cap. 2. de reformat. & tradit. Suar. q. 67. art. 7. circa finem. Basili. Ponce, lib. 7. de matr. cap. 37. n. 3.

4. Ab hac generali regula excipiuntur monachi, quibus munus suscep̄toris interdictum est, eo quod non deceat eos cum parentibus baptizari cognitionem spiritualē contrahere, & familiaritatem habere. cap. non licet el. 1. cap. monachī de confessorat. disp. 4. cap. peruenit el. 1. 18. q. 2. Quod si obicias monachos baptizare, & cognitionem spiritualē ex collato baptīsmo contrahere. cap. doctos, 16. q. 1. & cap. omnes. 30. q. 1. & tradit. Gloss. dīcto. cap. non licet. & cap. peruenit & ibi Turcrem. Respondeo hanc cognitionem ex baptīsmo collato permitti: tum quia baptīsmi ministratio magis est necessaria, tum quia minor est familiaritas, que ex collatione baptīsmi, quam quā ex suscep̄tione baptizati nascitur. Sed non caret difficultate, an sub nomine monachī omnes religiosi tam mendicantes, quam canonici regulares veniant, ita ut à supradicto munere sint exclusi? Affirmat Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 9. num. 3. eo quod si dedecet religiosos claustris habitantes familiaritatem habere precipue cum frēminis, ac dedecet monachos, quā fuit ratio, ob quam munus suscep̄toris monachis interdictur. Contrarium vero existimō cum Aegid. de Coninch. 3. p. q. 67. art. 7. n. 56. Quia esto eadem ratio prohibitionis procedat in religiosis mendicantibus, & canonici regularibus, ac in monachis, inde sed in infirmitate possit prohibitionem ad omnes extendi, non tamen de facto extensam esse. Non enim sub nomine Monachorum veiuunt mendicantes, & canonici regulares in decreto prohibito, odioto, & correctorio. Neque item eadem ratio adaequata in mendicantibus, canoniciisque regularibus, ac in monachis procedit: nam monachī magis indecens est familiaritatem habere cum parentibus baptizatis, eo quod sibi soli vivant à seculariū conuersatione, & communicatione separati. At mendicantes, canonici regulares passim cum seculariū communicant; ob quam causam monachī facti Episcopi, tamen non definant esse religiosi, à munere suscep̄toris non excluduntur, quia in eo statu constituti, non sibi tantum vivunt, sed aliis, ideoque non dedecet compateritatem tum baptizando, tum leuando contrahere, vt docent Glossa cap. statutum verbo absolvit. 18. q. 1. Cardinal. Turcrem. Gregor. Lopez, & alij, quos referunt, & sequitur Sanch. lib. 7. de matr. disp. 60. num. 21. & lib. 6. moral. cap. 6. num. 24. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 9. num. 3. ver. sed contrarium, in fine.

5. Si vero contingat monachum, vel ex ignorantia, vel malitia suscep̄torum in baptīsmo constituti, validē hoc munus suscep̄toris suscipit, veram cognitionem spiritualē contrahit. Nam esto in supradicto cap. non licet. cap. peruenit, & alii relatis seuerer monachis dictum munus suscep̄toris interdictum; nullum est tamen verbum, quo factum irritetur, sicuti docent pluribus relatis Sanch. lib. 7. de matr. disp. 60. n. 21. Poffeni. de officio Curati. cap. 6. n. 27. vers. secundo. Barbola. 2. p. de potest. epif. alleg. 30. num. 36. tamen contrarium censitat Basil. Ponce lib. 7. de matr. cap. 37. num. 15.

6. Secundo excipiuntur penitentes publici; & moribus infames, donec peracta penitentia reconcilientur ex concil. Parisen. 1. lib. 1. c. 54. quia non consentunt ab Ecclesia idonei ad munus suscep̄toris exequendum; si tamen de facto definguntur, munus suscep̄toris validē suscipiunt, & cognitionem contrahunt, quia in dicto concilio non irritatur factum, esto prohibetur. Sic Barbola. Paul. Laymann, aduersus Basil. Ponce supra.

7. Tertio excipiuntur à munere suscep̄toris heretici & merito, quia illis vixit à veritate deviantibus fidere Ecclesia non potest ritē suscep̄torum fore instructores. Sic Suar. q. 67. art. 7. in comment. Aegid. de Coninch. ibi. Barbola. alleg. 30. num. 35. & alij communiter. Si tamen de facto definguntur, validē est defingatio, vt ex omnium sententia tradit Sanch. lib. 7. de matr. disp. 60. n. 2.

8. Dubium tamen est, an possit hereticum in pannum admittere, quando Catholicus commodè repertus non potest, vt contingit in regionibus heretici infectis, in quibus ob hereticorum multitudinem vix inuenies patruum Catholicum, qui baptizatum leuet de sacro fonte. Ergo eo casu hereticum vocare potes, ne baptīsmo solemnia ea ceremonia grauitatibus Ecclesia praescipta deficiat. Et viget calus, si in aliqua parochia expulso Ministro heretico Sacerdos Catholicus praeficiatur, cum parentes heretici filium baptizandum offerunt, designato patruo heretico, dictus Sacerdos admittere patruum hereticum poterit, ne parentes offendantur, neque filium Ministro heretico baptizandum deferant omisso Sacerdotio Catholicō. Neque oblat hereticum patruum ineptum esse ad instruendum baptizatum in fide Catholica, ac proinde ad sponsonem huius institutionis faciendam

Faciendam: quam ipso facti patrini praefat, cum baptizatum leuat de sacro fonte. Nam esto regulariter ineptus sit, non tamen est simpliciter incapax. Tum quia potest ad fidem converti, cum opus fuerit baptizatum instruere. Tum quia esto in heresi persevereret, fidem Catholicam docere poterit, si cuti potest persuadere virtutem, eti à virtute ipsi alienus sit. Ergo potest patrini hereticus leuando baptizatum de sacro fonte legitimam instructionem promittere. Quod maximè verum habet, si Sacerdos (vt debet) moneat parentes, & patrini ob obligatione instruendi baptizatum in fide Catholica per baptismum suscepit: se præxi esse receptionis à viris piis, & doctis in Germania restare Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 9. q. 3. in fine.

9. Ego vero supradictam præxi approbare, si Sacerdos timeret probabilitatem parentes baptizati grauitate esse offendendos ob patrini hereticorum repulsum, vel timeret delatuos esse filium Ministri heretico baptizandum. Quia eo casu Sacerdos minus malum permittit, vt grauiora cuiter. Verum si absque graui offendentiam parentes potest Sacerdos Catholicus baptismum expulso patrino heretico ministrare, nullatenus adhibito patrino, qui Catholicum adhibere non potest, credere potius debere ministrare baptismum absque patrino quam patrino hereticum admittere. Quia præceptum Ecclesiæ de patrino adhibendo procedit, si patrini apertus, & idoneus reperiri potest, qualis non est hereticus, cum sit ab Ecclesiæ exclusus non tam iure scripto, & à se introducto, quam iure naturali, & diuino, supposita institutione sacra huius ceremonia, que ad rectam instructionem baptizati ordinatur. Ergo eo casu, quo nullus alias patrinos propter hereticum reperi posset, cesserat præceptum Ecclesiæ de patrino adhibendo. Ex alia parte virgine præceptum naturale, & Ecclesiasticum vitandi familiaritatem cum hereticis, cum commode potes. Ergo stante necessitate conficiendi baptismum, nullo patrino adhibito, vel adhibito hereticio, potius eligere debes ministrare absque patrino, quam patrimum hereticum adhibere: colligitur ex Nauarr. lib. 2. confit. tit. de Constitutione conf. n. 67. Azor. tract. 1. infir. moral. lib. 8. cap. 11. q. 9.

10. E contra dubitabilis, an possit esse patrini baptismi à ministro heretico secundum rituum hereticorum ministrati? Ratio dubitandi est, quia videtur ministratio hereticales assentire, & sponsonem facere de instructione in fide facienda iuxta voluntatem, & intentionem ministri heretici baptizantis. Non igitur ribi licet eo casu patrinum esse. Et ita docet Nauarr. & Azor locis allegatis, & sic absolute tenendum est. Verum aliquando id licite præstare poteris, videlicet si graue tibi, vel tua familiae damaum imminent et munere non suscepto. Et insuper declares te eo facto nonle ministrationem hereticalem approbare, neque iuxta illius ritum sponsonem facere, sed iuxta Ecclesiæ Romanæ morem, solumque ob eius præceptum de patrino adhibendo feruandum te patriam munus suscipere. Hac igitur præscriptione facta censeri non potes ministrationem hereticalem approbare, neque sponsonem facere de instructione fidelis facienda iuxta hereticum ritum. Deinde statu periculo grauius documentum excusaris à cooperatione hereticalis administrationis, & solum illius permissione exillis, præcipue cum occasio sis suscepitoris officium assumens, ne hereticus assumatur. Sic sustinet Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 9. q. 2. n. 6.

S. II.

Quot patrini designandi sunt, & qualiter se gerere debent.

1. Vnus, vel ad summum duo, vir, & femina debent esse patrini.
2. Episcopus negavit in hac parte dispensare.
3. Debet patrini baptizatum immediatè de manu baptizantis suscipere.
4. Insuper debet intentionem habere hoc munus subeundi.
5. Si leuus filium Petri, credens esse Ioannem, et verus filij Petri patrinus, esto contra plures sentiant.
6. Non est opus verbis, vel factis in catechismo respondere.
7. Debet esse designatus à parentibus, seu ab illis, qui curam, baptizati gerunt.
8. Hanc designationem esse simpliciter necessariā plures affirmat.
9. Probabiliter est oppositum.
10. Fit satis obiectione ex Tridentino desumpta.
11. Cum plures delegantur, neque à Parochio repellantur, omnes sunt patrini.
12. Requiritur baptismum esse solemnum.
13. Proponuntur obiectiones, & disoluuntur.
14. Debet nomine proprio suscipere, seu tenere.
15. Per seipsum, & non per procuratorem debet suscipere secundum plurim sententiam.

16. Probabiliter est oppositum.
17. Disoluuntur oppositia fundamenta.

• **E**xplicuimus, quibus officiis susceptoris competere possit, superest explicandum, an unus tantum, vel plures futuri sint, & qualiter se gerere debent, ut veri patrini constituantur. Cetera primum de numero susceptorum stat decisio. Hyginij c. in catechismo. & Leonis 1. cap. non plures de confessis. disp. 4. non plures, quam unus susceptor sit. Id ipsum confirmavit Metensc concilium sub Stephan. 6. can. 3. dicens: Infantem nequaquam duo, vel plures, sed unus à fonte baptismatis suscipiat, quia in huiusmodi secta Diabolo datur locus, & tanti ministerij reverentia vilescit. Nam unus Deus, unus baptisma, unus qui à fonte suscipit debet esse pater, vel mater infantis. Postea succedit temporis plures adhibiti fuerunt, vi colliguntur ex cap. quamvis de cognat. spirituali in 6. sed concilium Moguntinum sub Paulo 3; & nouissime Trident. sess. 24. c. 2. iuxta pristina instituta staruerunt, ut unus tantum sine viri, sine feminâ designetur, & ad summum duo, vir & feminâ, qui baptizatum de baptismo suscipiant, præcipitque Parochi sub pena ab ordinario infingenda, ne ad confitendum baptismum accedat, quin prius diligenter scilicet ab iis, ad quos spectat, patrornum designatio (qui sunt parentes baptizandi) vel Parochus in corum defectu, quem, vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, & cum, vel eos tantum ad suscipiendum admittat, & in libro corum nomina describat, doceatur eos quam cognitionem contraxerit, ne ignorantia villa excusari valeant. Quod si alii ultra designatos baptizatum tergerint, cognitionem spiritualem nullo pacto contrahunt. Sic concilium. Ex quibus verbis manifeste constat nec posse parentes plures feminas, aut plures viros in patrinos designare, nec Parochum eos admittere, sed necessariò designandus est, & admittendus unus tantum vir, aut feminâ, vel ad summum duo, vir, & feminâ. Quod si fecus actus fuerit, credo graue esse peccatum, eo quod saltem sub opinione multiplicentur cognationes spirituales, & matrimonij impedimenta, & susceptorum incertitudo, que summae impoperi concilium vitare intendit. Neque obstat iure antiquo spectato solum culpam venialem esse plures patrinos admittere, vt pluribus firmat Sanch. lib. 7. de mair. disp. 57. n. 1. vt inde inferas Trident. renouata supradictam prohibitionem solum culpam venialem inducere. Nam illam prohibitionem renouat grauori præcepro, vt satis colligatur ex eo quod Parochum admittentem plures puniendum Ordinario subicit, quod ob leuem culpam non præcipere. Et ita esse peccatum mortale sustinet ut probabiliter. Agid. de Coninch. q. 67. art. 7. in fine. Barbola plures referens. 2. p. de potest. Episc. alleg. 30. n. 4. Basili. Ponce de matr. lib. 7. cap. 39. n. 12. tametsi contrarium censeat Sanch. lib. 7. de matr. disp. 57. n. 7. cum Ludou. Lopez 2. p. infraib. cap. 51. col. 4.

2. Episcopus autem nequit dispensare aduersus dictam constitutionem. Nam esto in Conciliari, & Pontificia legi ali quando id penpare possit; id tamen est virgine necessitare, & quando ad ipsum Pon. ificem non patet aditus. At nulla ex cogitari potest necessitas, immo nec conuenientia, ut plures feminæ, vel plures viri designentur, cum potius expediat unicum tantum esse patrinum. Ergo nullus est calus, in quo Episcopus aduersus dictum Trident. decretum dispenpare possit. Et ita docet Sanch. lib. 7. de mair. disp. 57. n. 7. Rebel. de obligat. iustit. 2. p. in append. ad lib. 4. n. 89. Barbola allis relatis. 2. p. de potest. Episc. alleg. 30. n. 4.

3. Quoad secundum qualiter se gerere debeat patrinus, ut verè, & propriè talis sit, spiritualemque cognitionem contrahat? decidendum est ex pluribus textibus 30. q. 1. 3. C. 4. & cap. veniens de cognat. spirituali, & cap. fin. eodem tit. in 6. & specialiter ex Trident. sess. 24. c. 2. de reformat. Ex quibus constat non sufficiere affidentiam, sed necessariū esse, ut patrinus de manu baptizantis baptizatum, & vestibus induitum immediatè suscipiat, vel illum teneat, cum baptizatur, quia textus hoc munus declarantes, & cognitionem spiritualem staruerunt iis verbis vntur, tener, suscipit, leuat, tangit. Quas actiones optimè exercere potest patrinus circa baptizatum vestibus induitum, vt pluribus firmat Sanch. lib. 7. de matr. disp. 56. n. 6. Basili. Ponce. lib. 7. de matr. impediment. c. 39. n. 9. Dixi debere immediatè tangere, seu tenere baptizatum, cum baptizatur, vel de manu baptizantis immediatè suscipere. Vnde si de manu alterius leuans suscipit, patrinus non est, nec cognitionem spiritualem contrahit, quia non leuat de sacro fonte, sed leuat ab alio suscipit, sic testantur, & decimus referunt pro Episcopatu Abuleu à sacra Congregatione Sanch. lib. 7. de matr. disp. 56. n. 3. Basili. Ponce. lib. 7. de mair. c. 39. n. 9.

4. Secundo debet esse hæc extensio, seu suscepit formali, id est animo, & intentione obeyendi hoc munus susceptoris ab Ecclesiæ præscriptum. Quare si solum gratia comoditatis, ne baptizatus humili sit, vel ut patrimum senem iuuest

iueret, vel ob aliam causam baptizatum sustineat, patrinus non est, nec cognationem contrahit, ut aliis relatis probat Sanch. *disp. 38. num. 4.* & *Basil. Ponce dicto c. 39. n. 9.* Dictam tamen cognationem nullatenus impedit poterit patrinus, ex eo quod noluerit eam contrahere, si tamen intentionem habeat parrini munus exercitent, qui hac cognatio officio patrini annexa est iure Ecclesiastico, cuius efficaciam patrinus impide non potest, ut pluribus sicut Sanch. *lib. 7. de matr. disp. 38. num. 4.*

5. Solum est dubium, an si per errorem leues filium Petri, cum tamen sit filius Ioannis, sis verus Patrinus filii Ioannis, & cum ipso contrahas spiritualem cognitionem? Negat Sanch. *lib. 7. de matr. disp. 38. n. 7.* cum Abate, Alexandro de Nero *cap. 2. de cognat. spiritu.* & aliis, ducitur ex dicto *cap. 2. vbi* deciditur coniugem, quae per ignorantiam leuauit filium mariti non arceri a debiti petitione. Ergo error impedit cognitionem spiritualem, & consequenter munus patrini. Neque obstat baptizantem per errorem filium Pauli, qui erat Ioannis filius, verum baptisatum confidere, veramque cognitionem spiritualem contrahere cum filio Ioannis, si quisque patre, quia ministrans baptismum obligatus est intentionem habere conferendi Sacramentum presentem, quicunque sit, ad quam tamen intentionem habendam non videtur obligatus patrini, cum eligatur ad personam determinatam, pro qua docenda obligatione suscipit. Nihilominus verius cenfesuram spiritualem errore non impedit officium patrini, neque cognitionem spiritualem ex eo confertem. Sic docent plures relati a Sanch. *lib. 7. de matr. dicta disp. 38. n. 6.* Basil. *Ponce lib. 7. de matr. cap. 39. n. 9.* Moreor, quia leuans filium de sacro fonte videatur obligatus intentionem habere leuandi presentem quicunque sit, sicuti obligatus baptizans baptizare presentem quicunque sit. Ne baptismus illa sacra, & solemnis ceremonia deficiat. Quid vero mulier per errorem leuans mariti filium non impeditur a debiti petitione non probat verum suscepitoris officium non gesellis, sed solitus probat ex iuri dispositione impedimentum petendi debitu illi sublatum esse, & merito, quia hoc impedimentum cum aduenia matrimonio contracto, non decebat contrahi absque culpa. Quae ratio nullatenus procedit in leuante per errorem filium Petri, qui est Ioannis. Vnde & verus patrinus est, veramque cognitionem spiritualem impeditent matrimonium contrahit. Adde exceptionem *dicti cap. 2.* firmare regulam in calibus aliis non exceptis.

6. Tertiò requirunt plures, quorum meminuit Sanch. *lib. 7. de matr. disp. 36. à num. 7.* præter dictam intentionem seu suscepionem, ut patrinus verbis, vel saltu signis pro baptizato in catechismo respondeat, ex quo videatur ad hoc munus assumi. Sed contrarium omnino tenendum est cum eodem Sanch. *dicta disp. 36. n. 10.* quia textus cognitionem spiritualem induentes solius tentio, vel suscepitione minimerunt. Adde responsonem illam pro parulo non ad baptismum, sed ad catechismum pertinere, baptismus enim sine villa interrogative, vel responsonie conficitur. Quocirca cum pro catechismo, & baptismo idem patrinus est (quod non erat necessarium) ex solo baptismo impedimentum cognitionis ostitur, non ex catechismo.

7. Quartò requirunt, ut patrinus designatus sit à parentibus, seu ab illis, qui curam baptizati gerunt. Quod si illi non designarentur, designetur ab eo, qui Sacramentum ministrat, quia ipse incumbit, ne baptismus absque solemnitate ab Ecclesia prescripta celebretur, ac proinde absque patrino.

8. Sed an huiusmodi designatione ita sit necessaria ut ea desiciente leuans baptizatum de sacro fonte verus patrinus non sit, nec cognitionem spiritualem contrahat? non constat inter doctores. Affirmant Gallego, Vega, Emán, Sayro, & alijs, quos referunt, & sequuntur Sanch. *lib. 7. de matr. disp. 37. n. 12.* Guttier. *lib. de matr. cap. 100. num. 7.* Mouentur quia Trident. *sest. 2.4. cap. 2. de reformat. matrim.* impedimentum cognitionis spiritualem, & consequenter munus patrini futurum ab omnibus illis, qui designatione non fuerint, ut colligitur ex illis verbis: Quod si alij præter designatos teneant, aut suscipiant, non contrahunt cognitionem. Deinde sic cum nullus est designatus, & plures simul concurrent ad leuandum baptizatum de sacro fonte, omnes essent patrinos, cognitionemque spiritualem contraherent, quia nulla est maior ratio de uno, quam de alio. Hoc autem aduersatur fini, & intentioni Tridentini volentes restringere impedimentum cognitionis spiritualem iure antiquo inductum. Ergo credendum est designationem necessariam esse. Addit vero Suar. *q. 67. art. 8.* non quamlibet designationem sufficientem esse, sed necessarii requiri designationem. Trident. conformem, scilicet vnius tantum viri, vel feminæ, vel ad summum duorum viri, & feminæ. Vnde si plures viri, vel plures feminæ in patrinos designantur, sicut & Parochio admittantur, existimat neminem illorum esse patrimum, veramque cognitionem spiritualem contrahere, quia non sunt designati,

qualiter Trident. statuit. Trident. namque exclusit à patrini munere, cognitionisque impedimento omnes illos, qui baptizatum ultra designatos tergerint, ultra designatos inquam legitime.

9. Nihilominus probabilius existimo designationem parentum, seu tutorum baptizati necessariam non esse, ut verus patrinus sis, veramque cognitionem spiritualem contrahat. Et imprimita necessaria non est, quando vnu tantum afflumitur, qui tamen à parentibus baptizati designatus non sit. Contingit enim potest parents baptizanti Petrum in parentum designare, Parochini vero eo illegitimè repulso te in parentum admittere, tunc eo casu verus patrinus es, veramque cognitionem spiritualem contrahis, ut recte docuit Ludovic. Vega. *2. p. casuum conscient. casu 4. ver. alterum. Henr. lib. 12. de matr. cap. 11. n. 3.* Quia nullus est textus eam suffectionem irritant rediens; neque credendum est Ecclesiam velle eo casu baptismum sine fideiustore celebrari. Deinde si nullus est à parentibus, vel Parochio designatus, vel ex maiestate, vel ex ignorantia, tu vero munus suscepioris obeas, quis negare poteris te verum esse patrimum, siquidem intentioni Ecclesie te conformas. Neque presumi potest voluisse Concilium baptismum solemniter celebrari sine patrino. Ob quam causam existimo cum nullus est à parentibus designatus, & plures simul baptizatum suscipiunt omnes patrinos esse, veramque cognitionem spiritualem contrahere: quia ex duobus malis minus est eligendum. Etenim cum eo casu unum de duobus debeat contingere, vel baptismum solemniter celebratum esse absque patrino, vel omnes suscipientes patrinos esse, fatendum est Ecclesiam velle secundum, ne baptismus solemnis contra consuetudinem à tempore Apostolorum probatum de patrino adhibendus celebretur, præcipue cum hanc intendit conformitas fit antiquis factorum canonum institutis. *Cap. non plures de conferat. disp. 4. & c. fin. de cognat. spirituali in 6.* à quorum decisione recedendum non est, nisi nouis statutis derogatum sit. *Leg. precipimus. Cod. de appellationib.* Sed novo Trident. decreto derogatum non est quod hanc partem textus in *exp. fin. de cognat. spirituali.* siquidem Concilium colum à patrini munere, cognitionisque spiritualem impedimento exclusit eos, qui ultra designatos baptizatum tergerint, supponens manifestè designatos tangere, & veram cognitionem spiritualem contrahere. De illis vero, qui baptizatum tangentur nullis designatis tangentibus Concilium nihil expressit. Ergo de illis iudicium est ferendum iuxta antiquorum canonum instituta, ac proinde affirmandum veros patrinos esse, veramque spiritualem cognitionem contrahere. Et ita sustinent Nauar. *sum. cap. 22. n. 39.* Iacob. de Graffs. *1. lib. 2. c. 85. n. 4.* Henr. *lib. 2. c. 11. num. 3.* Egid. de Coninch. *de Sacram. c. 2. disp. 32. n. 37.* Rebello de obligat. *infist. 2. p. lib. 3. q. 6. n. 5.* & in append. ad lib. 4. num. 95. Basil. *Ponce. lib. 7. de matr. cap. 39. num. 11.* Paul. Laymann. *lib. 5. tract. 2. c. 9. n. 4.* Barbola. *2. p. de potest. Episc. alleg. 30. n. 11.* plures referens, testaturque ipse cum Rebello, Basilio, & aliis sic à facie Congregationis decimus esse.

10. Neque obstat voluisse Trident. impedimentum cognitionis spiritualem restringere, ut inde inferas, cum plures nullus designatus simul concurrant, non contrahere cognitionis impedimentum. Quia in hac parte nullum huius impedimenti restrictionem irritatiam fecit, sed tantum prohibitiunam, prohibiendo, ne plures, quam unus, vel ad summum duo viri, & feminæ designentur, restrictionem vero irritatiunam fecit quod eos tantum, qui non designati baptizatum tergerint, designatis tangentibus. Insuperque ipsum impedimentum restinxit, ne ultra patrimum cum baptizato, eiusque patre, & matre, & ultra baptizantem, & baptizatum, eiusque patrem, & matrem, procedere omnibus inter alias personas huius spiritualem cognitionis impedimentis omnino sublati.

11. Ex quibus manifestè constat aduersus Suar. *dicta q. 67. art. 8.* cum plures viri, & feminæ à parentibus in patrinos designantur, nec à Parochio repelluntur omnes esse patrinos, cognitionisque impedimentum contrahere, si simul baptizatum de sacro fonte leuant. Quia Trident. à munere patrini, & cognitionis impedimento solum exclusit eos, qui ultra designatos tergerint, neque addidit (cum facile posset) ultra legitimè designatos, immo esto sic intelligendum esset, non inde infertur plures legitimè designatos nullis legitimè designatis tangentes exclusos esse. Non enim sunt exclusi, nisi cau que ultra legitimè designatos tangentes, ipsi legitimè designari rangerent. Si docent Nauar. *sum. cap. 22. n. 39.* Sanch. plures referens *lib. 7. de matr. disp. 37. n. 11.* & *14.* Egid. de Coninch. *disp. 32. n. 37.* Basil. *lib. 7. cap. 39. n. 12.* Rebello de obligat. *infist. lib. 3. q. 6. num. 6.* & in append. ad lib. 4. *sest. 4. num. 96.* adducitque sacra Congregationis decisionem. Non ante dixi plures esse patrinos, si simul concurrant ad leuandum puerum de sacro fonte. Nam si successivè vnu post alium suscipiat, credo probabilius secundum eiusdem sexus patri

- partinum non esse, nec cognationem spiritualem contrahere, quia munus patrini ab Ecclesia pro baptismō solemnē prescripturn prioris suscepctione completerū est. Vnde posterioris suscepctionis ad patrini munus illegitima est, quippe est ab Ecclesia repulsa. Sic Suan. q. 67. art. 8. Sanch. lib. 7. de matr. diff. 57. n. 14.
12. Quinto requiriatur baptis̄mum esse solemnē, alias verus patrini non es, nec cognationem spiritualem contrahis, quia hæc patrini designationē ceremonia est ab Ecclesia instituta non pro quocumque baptismō, sed pro solemnē, ut eius solemnitatem iuvet, sicuti colligitur tunc ex vñ Ecclesiæ nullum patrinum in priuato baptismō expofulantē. Tum ex Trident. fess. 24. cap. 2. de reformat. precipientē Parochio, ut diligenter antequam ad baptizandum accedat inquirat ab his ad quos spectat, quem, vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, & cum, vel eos tantum ad suscipiendum admittant: & in libro eorum nomine describar, dœcatque eos quam cognationem contrahant. Quæ in baptismō priuato qui sepe à latice, & à feminis ministratur, non contingunt. Ergo munus patrini, & impedimentum ex eo proveniens solum in baptismō solemnē locum habet. Atque ita docent Sotus in 4. diff. 42. q. 1. art. 2. Sanch. alii relatis diff. 61. n. 14. Gaspar Hurtado, diff. 18. de matr. difficult. 6. Quod verum est, ut bene dicit Sanch. & Hurtado, tamē si susceptor in baptismō priuato yellet munus patrini exercere, quia adhuc non exercebit illud, qualiter ab Ecclesia præscribitur ad cognationem spiritualem contrahendam. Non enim in susceptoris voluntate constitutum est extra baptismō solemnē nullum situ suscipere baptizantem, quia id est impossibile. At munus patrini, ex quo obligatio doceatur alium baptizatum, & impedimentum cognitionis oritur, suscepctioni solemnē, non priuata, id est non in priuato baptismō, sed formali facta nititur.
13. Sed obiciis iura statuentia impedimentum cognitionis spiritualiæ æquæ de baptismō solemnē, ac priuato loquuntur, vt constat ex cap. 1. & fin. de cognit. spirit. in 6. Etenim baptizatus priuatus æquæ indiget instructore, ac baptizatus formaliter. Deinde baptizans priuatum cognitionem spiritualem contrahit cum baptizato, eisisque patre, & matre. Ergo similiiter contrahere poterit susceptor in ea baptismō. Ob has rationes hanc sententiam defendunt Nauar. sum. cap. 22. num. 40. Agid. de Coninch. diff. 32. de matr. n. 59. Basil. Ponce, lib. 7. cap. 40. n. 5. Sed hæc non virgine, vt recedamus à communī sententiā. Nam ideo iura æquæ de baptizante, ac de suscipiente loquuntur quoad impedimentum cognitionis, intelligi debent, singula singulis tribuendo, de baptizante, quories fuerit baptimus, quia baptimus solemnē, & priuatus formaliter, & in seipso non differunt, sed in cærementis extrinsecis, & accidentialibus, ideoque baptizans sive susceptor formaliter, sive priuatum cognitionem spiritualem contrahit. At susceptor solemnē, & priuatus formaliter differunt, quia esse suscepторem habent ex Ecclesiæ institutione, quæ de suscepторe priuato vix vñquam contingente mentionem fecit, sed solum de suscepторe solemnē, seu pro baptismō formaliter facto.
14. Sexto requiriatur, ut susceptor nomine proprio munus suscepторis obeat. Quocirca si nomine alieno baptizatum leuaret de sacro fonte, nequam patrini esset, qualiter ab Ecclesia præscriptur. Tum quia caret animo, & voluntate se in patrum constituerendi, qui animus & voluntas ad hoc munus suscipiendum omnino necessarius est. Tum quia non vult ex illo munere obligationem subire baptizatum instituendi, sed omnem eam obligationem in designantem refundere intendit. Tum quia ipse non est in patrum designatus, sed qui eum in procuratorem constituit. Neque obstat baptizantem ex licencia, & commissione alterius cognitionem spiritualem contrahere, quia hic vere baptizatus nomine proprio tanquam verus Christi minister iurisdictione a alio accepta. Sic pluribus firmat Sanch. aduersus Tol. Ludovic. Lopez, Man. Petrum de Ledesma. & alios. lib. 7. de matr. diff. 59. n. 12. Agid. de matr. diff. 32. n. 4. Basil. Ponce, lib. 7. de matr. cap. 39. num. 10. Gaspar Hurtado diff. 18. de matr. difficult. 5. n. 18. Barboſa de poteſt. Episc. 2. p. alleg. 30. n. 50.
15. Septimo plures doctores requiriunt, ut per se ipsam baptismō leuet de sacro fonte. Vide si medio procuratore hanc exercet actionem affirmant verum patrini non esse. Mouentur, quia textus de hoc munere loquens actionem deorum personalium, qualis est tangere, suscipere, tenere ut colligatur expressè ex cap. de his. 30. q. 1. ibi de his, qui filiastros suis ad confirmationem coram Episcopis carent, id est qui filios vxoris sue, dum christianant, super se sustinent. Et ex cap. limina eadem causa, & quæst. ibi propriis manibus retinendo suscepit. Secundo quia cognatio naturalis non consurgit absque personali parentum actione. Ergo neque cognatio spiritualis confurgere debet absque personali actione spiritualium parentum, siquidem cognatio spiritualis, & carnalis æquantur in c. debitum de baptismō. Tertio cognatio legalis contrahere non potest adoptando per procurationem Leg.
- posse morit. 25. §. neque adoptare ff. De adoptionib. Sed spiritualis cognatio legalem imitatur. Ergo, Quartū impedimenta matrimonij inducenda non sunt absque expresso textu, & ratione. At nullus est textus significans cognationem spiritualem matrimonij impedientem contrahiri possi per procuratorem, immo contrarium relati texus significant. Ergo contrahiri non potest. Quintū constitutus procuratorem, vt nomine ipsius baptizet, nullatenus spiritualem cognationem contrahit, ergo neque confitetur procuratorem ad fulciendum, cum eadem in vitroque calu videatur esse ratio. Et ideo hanc sententiam sustinent Couarrub. 4. decret. - p. cap. 6. §. 4. n. 6. Henrig. lib. 12. de matr. cap. 11. n. vlt. & alij innumeri, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. lib. 7. de matr. diff. 59. n. 4.
16. Nihilominus verius censeo medio procuratore patrini esse, veramque cognationem spiritualem matrimonij impedientem contrahere posse. Sic docent plures relati à Sanch. dicta diff. 59. n. 2. Basil. Ponce, lib. 7. de matr. c. 39. n. 10. Agid. de Coninch. diff. 32. de matr. n. 4. Rebellus 2. p. lib. 3. de obligat. infit. 9. 6. & in append. ad lib. 4. num. 95. & 96. Barboſa. 2. p. de poteſt. Episc. alleg. 30. n. 50. & alij apud ipsos. Mouentur præcipue auctoritate sacra Congregationis sepe incidentis hanc partem, teste Nauar. lib. 5. consil. in fine. 2. edit. Rebello. n. 9. Franc. Leon. in thesaur. fori Ecclesiast. p. cap. 9. num. 63. & alij. Item auctoritate sacra Rota si sententias, sicuti refert Aloy. Riccius in praxi fori Ecclesiast. refoluit. 630. in 2. edit. Veral. decr. 147. pun. 3. Galet. in Margarita casuum conscientia verbo cognatio. At credendum non est sacram Congregationem & Romanam Rotam in re tam gravi errare, & impedimenta constitutre, vbi nullum est impedimentum. Ergo afferendum est medio procuratore & officium patrini, & impedimentum cognitionis contrahiri posse. Ratio autem qua sacra Rota, & Romana Congregatio moueri potuerint hæc videtur esse. Quia iure firmatum est quilibet medio procuratore praetare posse, quæ potest per le ipsum, cum alias prohibitus non est. leg. 1. §. Rer. fus. ff. de Procuratib. & reg. qui potest. de Regul. Iuris in 6. At nullibi est prohibitū signare procuratorem ad patrini munus exercendum, vt confitabit dissolumenta fundamenta opposita sententia. Ergo. Deinde moueri potuerunt ex vñ, & consuetudine signandi procuratorem ad munus hoc exercendum, præcipue in baptismō principium. vt alii relatis testatur Sanch. lib. 7. dicta diff. 59. n. 6. Qui vñs suffinendus non esset, si medio procuratore patrini esset non posset. Quia esset vñs celebrandi baptismū sine patrino. Qui vñs nullatenus est ab Ecclesia permisus, sed potius contrarius vñs præceptus.
17. Neque fundamenta opposita sententiaæ vrgent. Ad primum nego tangere, tenere, suscipere, lenare, necessario personali actionem indicare, esto id frequenter contingat. Et ad probacionem respondeo, textum in cap. de his. & cap. ad limina exprimere quid factum fuerit, non tamen legem ferre, aliter fieri non posse. Ad 2. concedo cognitionem naturalem contrahri actione personali parentis, & non alteri, quia fundatur in physica, & naturali generatione, que alteri non potest committi. At tentio, & suscepitor baptizati, actiones sunt, quæ alteri committi possunt, & medio commissari præstari, vt etiam ipse Sanch. fatetur. Vnde mirum non est cognitionem naturalem indigere necessario personali actione parentum, fucus vero cognitionem spiritualem. Neque textus in cap. debitum de baptismō his contrariis est. Solum enim æquat generationem spiritualem naturali in distinctione generantis, & geniti, probareque neminem scipium spiritualiter generare posse, sicuti non potest carnaliter. Ad 3. concedo neminem adoptare posse per procuratorem, quia sic legibus statutum est: ac statuum est suscepторem baptismi medio procuratorem constitui non posse. Ergo ex cognitione legali ad spiritualem argumentum in hac parte fieri non potest. Neque obstat cognitionem spiritualem imitari legalem, quia non imitatur in omnibus, alias non posset esse cognitionis spiritualem nisi suscipiens longe maior esset, quam suscepitor, sicuti non est cognatio legalis, nisi adoptans maior sit adoptato, ita ut illum generare possit. §. minorē natu. infit. de adoptionib. Ad 4. concedo impedimenta matrimonij impedientia constitui non posse absque manifesto textru & ratione, nego tamen nullum esse textrum quo probetur impedimentum cognitionis spiritualis per procuratorem contrahiri posse. Nam eo ipso, quæ suscepitor baptizati non prohibeatur per procuratorem fieri, decisum est in impedimentum annexum suscepctionis contrahri medio procuratore posse. ex reg. qui potest. de Reg. Iuris in 6. Ad 5. admitto constituentem procuratorem, vt nomine suo baptizet, non ipsum, sed baptizantem, contrahere cognitionem, quia in baptismō constitui procurator non potest. Nequit enim nomine alterius à Christo concedi.

De ritibus, & cæremoniis in baptismo
solemni seruandis

1. Qui de his late agant.
2. Qua de causa plures in administratione baptismi, quam alterius sacramenti ritus assignentur.
3. Designatio patrini, & consecratio baptismalis fontis præquiruntur.
4. Terito prærequisitum petitorum baptismi, & qualiter.
5. Quartu trina exsuffratio in faciem baptizandi.
6. Quinto signatio crucis in fronte.
7. Sexto impositio manus super baptizandum.
8. Septimo exorcitus.
9. Octauo impositio fatis ori casucomeni.
10. Nonno iterum Sacerdos imponit manum, & signat baptizandum.
11. Decimo impositio manu iterum benedicit.
12. Undecimo abrenunciatio catechumeni.
13. Duodecimo iuratio peccatoris, & scapularum.
14. Decimo tertio profectio fidei.
15. Quo tempore baptismus ministrandus sit.
16. Quo loco, & quomodo.
17. Chrismate vnguitur caput baptizati.
18. Vestis candida qualis sit usus.
19. Datur cereris accentus.
20. Aliæ cæremoniæ antiquæ cessarunt.
21. Ab his cæremoniis postmodum adhibendis non excusatitur ob baptismum prius in necessitate receptum.
22. Quid de baptismo ab hereticis facto.
23. Baptismi unialidè ministratio solemniter, negant plures cæremoniis esse repetendas.
24. Probabilitas est oppositum.
25. Est satis oppositius rationibus.

Qua breuitate portuero explicabo cæremoniæ, & ritus cum antiquis, tum in præsenti in administratione baptismi obseruatoris, illorum explicatio petenda est præter antiquos patres à D. Thom. q. 71. art. 1. 2. & 3. cuiusque expiatoribus præcipue Valent. dis. p. 4. q. 1. pun. 4. Valq. dis. 166. per totam. Suar. dis. p. 30. sect. 1. & 2. Item à Bellarm. lib. de baptismo cap. 24. & 25. Hesaric. lib. 2. cap. 18. & 15. Reginald. lib. 27. cap. 5. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 8. & alii Neotericis.

2. Ecclesia, vt constat ex rituali Romano plures cæremoniæ, & ritus instituit observandos in baptismo administratione potius quam in administratione aliorum sacramentorum ob eius ornatum, & splendorem. Tum quia erat reliquorum sacramentorum ianua. Tum quia materia vulgaris, & communis constabat, ob idque rudibus hominibus contemptui expositus. Tum quia speciales effectus operabantur quos oportebat tum verbis, tum rebus significari. Hiritus, (vt ex relatis doctribus constat) alij antecedunt baptismum, alij conitantur, alij subleuantur.

3. Tredecim titus, & cæremonia baptismum antecedentes olim in Ecclesiæ obseruando modo ex parte obseruantur. Primus ritus enumerari potest designatio patrini, de quo satis pun. præcedenti dictum est. Secundus consecratio aquæ baptismali cum tria infusione chrismatis in modum crucis, cuius meminit Dionyl. cap. 2. Ecclesiast. Hierach. pun. 2. Ambros. lib. 1. de sacram. cap. 3. Raban. relatus cap. deinde de cœferat. dis. 4. Vnde peccatum mortale et extra necessitatem aqua non benedicta baptismum ministrare: sic tradit relato Didaco Nunez Bonac. dis. 2. q. 2. p. 7. num. 19.

4. Tertius est baptismi petitor, etenim baptizantibus nonnum saum pastorum Ecclesiæ olim dabit, quo iudicabar & baptismum petere, & nouo nomine se insigniri velle, cuius cæremonia meminit Clemens epist. 3. Accedit (inquit) qui baptismum vult ad Sacerdotem, & nomen suum der. Et Cyrilus Hierosolymit. cœchesi 1. intrasti coloco dignus habitus, nomen tuum scriptum est. August. sap. hunc ritus mentionem fecit; præcipue lib. de fide, & operib. cap. 6. & lib. de cura pro mortuis agenda cap. 12. & lib. 9. confess. 6. & Concilium Carthaginense. cap. 8. relatum in cap. baptizandi de cœferat. dis. 4. Quia cæremonia ab adultis facta, baptizandi competentes vocabantur, quia simul cum aliis erant potentes baptismum. Antiquitus enim tria genera catechumenorum, distinguebantur, vt colligunt ex August. loco allegato. Primum erat illorum, qui exhortationes ad fidem audiebant ideoque auditores, seu audientes vocabantur, de quibus loquitur Cyprian. epist. 17. alias 11. lib. 3. Tertullian. lib. de penit. cap. 6. & Iudor. lib. 2. de Ecclesiæ offio. cap. 2. Secundum erat illorum, qui exhortationibus alienantes baptismum petebant, ideoque potentes appellabantur, quorum meminit Iudor. dicto cap. 21. Hieronym. in epist. ad Pamachium. quis est. 6. 1. in ordine. Pacianus serm. de baptismo. August. serm.

116. de tempore & lib. de fide, & operib. cap. 6. & lib. 9. confess. cap. 6. & Dionyl. lib. 2. de Ecclesiast. Hierarchia, & alij Patres. Simul autem ac baptismum petebant, nomen suum dabant scribendum, vt expressius de voluntate baptismi suscipiendi Pastoribus Ecclesiæ constaret iuxta texrum, legum Ecclesiæ carum 2. quest. 1. Nomen autem, quod ab illis petentibus baptismum dabantur, erat nomen, quo post suscepsum baptismum appellari volebant. Quod regulariter erat novum distinctum ab eo, quo dum erant gentiles vtebantur, vt sic nomen cum noua professione conueniret. Facta petitione baptismi, & nomine dato instruebatur à Pastoribus Ecclesiæ tum in rebus fidei, cum in iis, qua ad mores pertinent, iuxta illud Math. vlt. vbi bis repetit Christus gentes baptizandas docendas esse primo de rebus ad fidem pertinentibus. Secundo de præceptis seruandis. Ex his autem, qui bene erant instruti eligebantur à pastoribus Ecclesiæ baptizandi virope iam apti, & dispositi ad baptismum recipiendum, eaque de causa electi vocabantur, quod erat tertium genus, & præcipuum catechumenorum, quorum meminit Leo magnus epist. 4. cap. 5. & 6. Sed ante hanc electionem lepries examinabantur catechumeni, an recte in fide, & præceptis obseruandi essent instructi. Quod examen præcedentibus ieiuniis, & variis cœremoniis siebat, vt colligunt ex Leone magno epist. 4. cap. 6. in fine. Ruperto. lib. 4. de offic. Ecclesiast. cap. 18. August. lib. de fide, & operib. cap. 9. Tertullian. lib. de baptismo cap. 20. Huius cæremoniæ vñs tam pro baptismo adulorum, quam parvulorum ex parte ab Ecclesiæ retinetur: cum enim baptizandus adulatus est in frumentis in doctrina Christiana, & cum plenè, & perfectè constat instructum esse, ad Ecclesiæm accedit baptismum suscepturnus, & stans in foribus Ecclesiæ interrogatur à ministro quo nomine insigniri velit, responderet ipse, si adulatus est, sin minus respondet loco ipsius patrionis: Petri, vel Ioannis nomine vocari volo.
5. Quo facto succedit quartus titus, qui est tria exsuffratio in faciem baptizandi in modum crucis ad abigendos demones, ne baptismum impedian, neve suis tentationibus vexent baptizandum, & à gracia per baptismum recipienda faciant desicere. Meminit huius cæremoniæ Aug. de Ecclesiast. dignitat. c. 31. dicens. Ex sufflationibus clericorum spiritum immundum abigit tam a parvulis, quam ab adulis. Et lib. 6. contra Iulian. c. 5. inquit: Ecclesia filios fidelium neque exorcizaret, neque exsufflaret, si non eos de potestate tenebrarunt, & à principe mortis erueret. Confecti iis Celestini. Papa in epist. ad Episcop. Gallic. cap. 12. & Raban. lib. 1. de infit. clericor. c. 27. relatus. c. postquam de cœferat. dis. 4. exsufflatur inquit, ab eo seua potestas, vt per ipsum Sacerdotis ministerium Spiritui sancto cedar fugiens spiritus malignus.
6. Quintus est signatio crucis in fronte, & in pectori baptizandi iuxta antiquissimum vñm ab August. relatum. lib. de cœchesi 2ndis rubris cap. 20. Crucis, inquit, signo in fronte, hodiè tanquam in poste signandus est. Idem tradit Ambros. lib. de his qui initiantur. cap. 4. & ante ipsum Dionys. de Ecclesiast. Hierarch. cap. 2. & 5. Finis huius cæremoniæ, vt ex Aug. constat, est ad significantum baptizato crucis virtute incolumentat à dæmoni efficiuntur; sicuti Israëlitæ, quorum postes erant sanguini Agni signati, incolumentat habuerunt ab Angelo percussente. Eaque de causa dixit Raban. lib. 1. de infit. cleric. cap. 27. & referunt cap. postea de cœferat. dis. 4. baptizandus signatur signaculo sanctæ crucis tam in fronte, quam in corde, vt ab eo tempore ipse apostata diabolus in vale suis primitio lue interrupcionis cognoscens signaculum, iam sibi deinceps illud sciat esse alienum. Decide signatur in fronte, & in pectori, vt intelligat quod non solum interius in corde, sed exterior palam, & manifestè crucem Domini Iesu Christi crediturus, & adoraturus sit.
7. Sextus, impositio manus super baptizandum recitata oratione in Romano Rituall præscripta, qua finita Sacerdos apprehendit baptizandi manum, & sic cum in Ecclesiæ introdit. Antiquissimum fuit hic ritus, vt constat ex Dionys. lib. 2. de Ecclesiast. Hierarch. & Clement. Romano. lib. 7. constit. cap. 40. & ex concil. Carthaginense. 4. c. 85. & August. lib. 2. de peccator. merit. & remiss. cap. 26. credique potest hanc cæremoniæ defumpram fuisse ex facto Christi. March. 19. & Apostolorum vñl. relato in cap. 8. 9. & 13. acti. Apostolorum. Hæc cæremonia ad duplum effectum significantum allumitur: primò ad impetrandum perseverantem sanctificacionem baptizando, ob quam causam dixit August. dicto lib. 2. de peccator. merit. cap. 26. Catechumenos secundum quedam modum suum per signum Christi, & orationem, manusque impositionem sanctificari. Secundò per hanc manus impositionem orationi adiunctam præcluditur via dæmoni, ne semel expulsus ad baptizandum redeat. Sicuti dixit D. Thom. 9. 70. art. 2. in cor.
8. Septimus, introductum in Ecclesiæ exorciat Sacerdos sicuti etiam olim fiebat teste Cyrillo Hierosolymit. cœchesi. 1. Dionyl. cap. 2. de Ecclesiast. Hierar. Ambros. lib. 1. de sacram. cap. 5. Celestino Papa epist. ad Episcopos Gallie. cap. 12. & August. lib. 6. contra Iulian. cap. 5. & lib. 1. de peccator. merit. & remiss.

remiss. 34. & alibi sed. Sit autem haec ceremonia ad arcendam virtutem demonis, cuiusque fugandam incurcionem, sicuti deciditur cap. sicut nostris de confessorat. disp. 4. Est enim exorcismus quedam immundi Spiritus increpatio, quam ipse, vi-pote superbus sustinere reculat.

9. Octauus. Imponit Sacerdos ori catechumeni salem prius a se benedictum in signum exaltis sapientia, quam recepi baptismum gustare debet. Quo sapientiae sale conditus fecore careat iniurias; & a veribus peccatorum ultra ne putescas, vt dixit Raban. de institut. cleric. lib. 1. cap. 27. & referuntur cap. ex hinc de confessorat. disp. 4. Vtius huius ceremoniae antiquissimum fuit, colligitur ex concilio Cathaginense, cap. 5. & ex Beda relat. in cap. sal. ecclesiastis de confessorat. disp. 4. & ex Petro Damiano epist. 15. cap. 20. Isidoro lib. 2. de Ecclesiastis. offic. cap. 20.

10. Nonus. Iterum Sacerdos imponit manum, & signat catechumeni frontem signo crucis, & exorcizat, quibus finitis illius aures, & nares saluat, dicens. Epheta, quod est adaperire, quia predicta ceremonia operat, vt aures baptizandi aperiantur ad sermonem & eloquium Sacerdotis. Nares vero vt bonum odorem accipiant pietatis aeternae, sicut dixit Ambros. lib. 1. de sacram. cap. 1. Raban. de institutionib. clericor. lib. 1. cap. 27. & referuntur c. postea de confessorat. disp. 4.

11. Decimus. Imposita manu iterum benedit Sacerdos baptizandum, vt sic aduersus diaboli infidias magis munitus exitas.

12. Undecimus. Abrenunciarunt catechumeni, (si adultus est, minime loco ipsis electus partibus) sathani, & operibus eius, & pompis. Sicut tradidit Clemens. lib. 7. constitut. Apostolic. cap. 4. & 42. Dionysius. part. de celesti Hierarch. cap. 2. Tertullian. lib. 2. de sanctis. cap. 1. & lib. de corona militis, cap. 3. Cyprian. Origen. Cyrill. Chrysostom. Ambros. August. Hieronymus. & alii partes prout referunt. Vnde dicitur disp. 166. cap. 3. Suat. q. 71. art. 1. Ex quibus partibus maximè ex Dionysio. Chrysostomo. Ambroso. & Hieronymo colliguntur antiquissima hanc abrenunciacionem fieri a catechumeno versus ad occidentem, & renunciatione facta conuerti ad orientem, vt indicaretur baptizatum spatio dæmonie tenebrarum parte, Christum, qui lux est, intueti debere.

13. Duodecimus. Inungit Sacerdos catechumeni pectus, & scapulas oleo benedicto, cuius ceremonia meminit Cyri. Hierosolymit. cateschesi mystagog. Chrysostom. in cap. 2. epist. ad Colossum. hom. 6. Basil. lib. de Spiritu sancto. cap. 27. Isidor. lib. 2. de officiis Ecclesiasticis. cap. 20. Alcuin. in epist. ad Odunum de baptismo ceremonia. in 3. bibliotheca sacra. Finis, & significatio huius ceremonie, sicuti colligitur ex Rabano lib. 1. cap. 27. relat. in cap. deinde confessorat. disp. 4. est, vt si sacram baptismum cum fide accepta custodiatur, vnguitur enim illius pectus de oleo sanctificato cum invocatione sancte Trinitatis, vt nulla reliqua latentes inimici in eo residant, sed in fide sanctæ Trinitatis mens eius confortetur, Viguitur & inter scapulas de eodem oleo, vt vndique munatur, & ad bona opera facienda per Dei gratiam roboretur. D. Thom. q. 66. art. 1. ad 2. inquit baptizandus vnguitur oleo sancto & in pectore, & ia scapulis quasi athleta Dei, vt Ambros. dixit lib. 1. de sacram. cap. 2. & lib. 3. cap. 1. Sicut pugille inungit confundetur. Innocent. c. vnic. 8. quia vero de sacra vniione dixit Baptizandus in pectore inunguitur, vt per sancti Spiritus donum abiciant errorum, & ignorantium, & fidem reclamuscipiant, quia iustus ex fide vivit. Inter scapulas autem inungit, vt per sancti spiritus gratiam excutiat negligientiam, & torporem, & bonam operationem exerceat, quia fides sine operibus mortua est, vt per fidei sacramentum sit munditia cogitationum in pectore, & per operis exercitium fortitudine laborum in scapulis.

14. Decimus tertius. Fidem interrogante Sacerdote catechumenos profiterit, vel per se ipsum, si adultus est, vel per patrinum si sit parvulus, id quoque vocatur baptismus sacramentum fidei, quia in eo primo fidem Christi solemniter profitemur. Huius profitionem mentionem fecit Clemens Romanus lib. 7. constitut. Apollinaris. cap. 22. Dionysius. cap. 2. de Ecclesiastis. Hierarch. Hilarius in c. 15. Mattheus super illa verba. Iesus autem conuocari. Isidor. lib. 2. de officio cap. 26. Alcuin. lib. de dominis officiis. cap. 15. in 3. bibliotheca sacra. Hieronim. in dialogo adversus Luciferianos. num. 24. August. lib. 8. confession. c. 2. & alii paulli. Ratio huius ceremonie est, vt baptizandus, si adultus est, plenam fidem notitiam habeat, & Ecclesia conferat. Si vero sit parvulus, patrinus agnoscat se obligatum esse ad instruendum infantem, cum opus fuerit, eaque de causa manum eius capit imponat, & nomine ipsius symbolum, & orationem Dominicam recitat. Et insuper sit, ad omnibus constet tam parvulus, quam adultus obligatus esse ad fidem, & religionem Christianam conseruandam, neque obliquet, quod aliena voluntate eam iaceperint. Quod si petas qualiter predicti ritus suos effectus operentur? Respondere non infallibiliter, & ex diuina promissione, aliis essent sacramenta ex Ecclesia impetracione, & merito ut pote gratissimam.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars IV.

ma Deo frequenter obtinet petitia. Vide Aegid. de Coninch. q. 71. art. 3. dub. vnic.

15. Ceremonia, seu ritus baptismum comitantes sunt. Tempus, locus, & modus ablutionis, prolationisque forma. Quoad tempus. Esto olim fieri baptismum tantum ita profecto Pascha, & Pentecostes celebranda, vt tradit D. Thom. ab omnibus receperis qu. 66. art. 10. & constat ex cap. baptizandi. cap. de catechumenis. cap. duo temporis. cap. si qui cap. non ratione & alii de confessorat. disp. 4. Atamen iam quolibet tempore celebrari possunt. Si enim parvulus baptizandus est, quolibet die post nativitatem baptizari potest. Si adultus, cum prius in fide fuerit conuentus instructus, vt bene ex Gregor. Nazianzen. orat. 40. Basil. in exhortat ad baptismum. notauit. Suat. qu. 71. art. 1. disp. 30. sect. 2. in prima circumstantia.

16. Quoad locum. Tempore nascentis Ecclesia nullus erat determinatus, sed in fluminibus, fontibus, priuatisque domibus administrari poterat, vt constat ex actibus Apostolorum. cap. 2. 8. 10. & 16. Postmodum fuerunt loca designata separata ab Ecclesiis, queque baptisteria vocabantur, quorum meminit Cybill. Hierosolymit. cateschesi 1. mystagogia Nazianzen. orat. 40. Paulin. epist. 12. & concil. Antiochenorene sub Pontifice, Deusdedit cap. 14. Sed iam vñus, & consuetudo obtinuit, vt in qualibet Ecclesia Parochiali vas quoddam lapideum consecratum habeatur, quod fons baptismalis appellatur, cuiusque meminit. Orig. hom. 12. in Num. Ambros. lib. 1. de sacram. cap. 5. & lib. 2. 5. in princ. Raban. lib. de institut. Clericor. cap. 28. Et specialiter extante apud Gratianum ex concilio Melendensi, seu Illedensi hæc verba, relata in cap. omnis presbyter. de confessorat. disp. 4. omnis presbyter, qui fontem lapideum habere nequerit, vas conueniens ad hoc columnmodo officium baptizandi habeat, quod extra Ecclesiam non deportetur. Vnde in concilio Vienensis. id feuerit præcipit Clemens. V. sicut refert in Clement. vnic. de baptismo. Quapropter graue peccatum committere secula necessitate, qui extra Ecclesiam in priuari oratoriis hoc sacramentum solemniter ministret. Excipiuntur Regum, & Principum liberi, id est filii, & nepotes tam naturales, quam legitimi supremorum principum, hoc est illorum, qui alteri subiecti non sunt, sicuti explicuit Glossa in dicta Clemente, & tradit Eman. Saat, verbo baptismus. num. 13. Vnde disp. 166. cap. 2. num. 7. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 8. n. 8. vers. inter ceremonias. Aegid. de Coninch. q. 71. art. 1. dub. vnic. 15. Suat. disp. 30. sect. 2. vers. secunda circumspectantia.

De modo ablutionis, an per immersionem, an per affusionem debeat profiteri, & de forme prolatione satis diximus, cum de materia, & forma huius sacramenti sermonem fecimus, semper enim in his retinenda est discipline consuetudo. Quoad ministerum attinet satis constat ornatum esse debere sacris vestibus, ad minus super pellicio, & stola, vt cauter in rituali Romano.

17. Ritus subsequentes baptismum iuxta antiquum usum sunt, vñctio christi in vertice baptizati, vestis candida, ceteris accensus, osculum pacis, & lactis, & mellis gustatio, lotioque pedum. Vñctio christi in vertice baptizati, quæ modo leuator ceremonia fuit antiquissima, vt colligitur ex concilio Araucano. cap. 1. dicente. Nullus ministrorum, qui baptizandi recipit officium sine christi nome inquam debet preredi, quia inter nos placuit semel in baptimate christi idem ex Dionysio. cap. 2. de Ecclesiastis. Hierarch. Nazianzen. orat. 40. Ambros. lib. 3. de sacram. c. 3. & lib. de iis qui initiantur. cap. 6. & alii. Adueretur christiæ recens esse debere, hoc est illo anno in die eccl. Domini consecratum. Alias secula necessitate graue peccatum esse videtur, vt colligitur ex cap. de oleo de confessorat. disp. 4. Inquit enim textus. Quod si quis contrarium tentauerit propria temeritate ipse in le sua damnatione protulisse sententiam manifestatur, ob quamcautum Glossa in cap. quantum de Sentent. excommunicat. in 6. verbo dubium. Sacerdotem delinquente in hac parte dependendum esse decedit. Et ita tradit Nauart. cap. 22. num. 7. & cap. 25. num. 75. Suat. qu. 71. art. 3. in comment. Aegid. de Coninch. art. 2. dub. vnic. num. 17. Eman. Saat verbo baptismi. num. 15. Bonac. disp. 2. qu. 2. p. 2. num. 7. num. 20. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 8. num. 9. Fine huius ceremonie optime explicuit cateschesi Romanus. 1. p. num. 57. dicens haec ceremonia significari baptizatum ab eo die Christo capiti tanquam membrum coniunctum esse, atque eius corpori insitum, & ea in Christianum a Christo, Christum vero a Christi nomine appellari. Et Iustin. lib. question. & respond. qu. 137. inquit nos in baptismo vngi christiæ eo oleo, & balsamo coniuncto, vt vñcti, & Christi dicamus, & in recordationem Dominiæ sepulturæ Gregor. Nazianzen. orat. 40. affuerat baptizatus capite inungit in signum regiae, Sacerdotalisque dignitatis.

18. Secunda ceremonia olim ab Ecclesia visitata, quæque ex parte retinetur est vestis candida in signum puritatis ex baptismi suscepere vt tradit D. Thom. qu. 71. art. 3. ad 4. Ambros. lib. de his qui initiantur. cap. 7. August. serm. 15. 7. de tempore

tempore Raban.lib.1. de infirmitate Cleric. cap.29. & lib.2. cap.39. quam vestem portabant baptizati à die Pascha, quo baptizati erant vñque ad Dominicam sequentem, quaē ea de causa in alibi vocata est, qui candida vestimenta eo die deponebant. Vñs huius ceremonia obseruatur Roma pro baptismō adulorum Sabathio Pascha facta, sed non alibi est tamen in quo cumque baptismō tam parvolorum, quam adulorum quodam illius vestigium, liquidem finito baptismō sacerdos caput baptizati velle candida tegit.

19. Tertia ceremonia nunc obseruata ab Ecclesia est cereus accensus baptizati manū impositus in signum quod expulsus errorum, & peccatorum tenebris lumen fidei, & gratiae receperit vñque ad finem vite conseruandum, bonisque operibus angendum, ut sic Christo spōso à nuptiis reuertenti, & pulsanti confessum possit aperire. Sicuti dixit Gregor. Nazianz. orat.40. in sancti baptisma, & ibi Nitzatas, & Alcuinus de diuinis officiis capi. de Sabathio sancto.

20. Præter dictas ceremonias aliæ tres antiquitus vñtate profusa inuoluerunt. Prima erat oculum pacis datum à fidelibus in signum quod baptizatus frater illorum factus sit, de qua mentionem fecit Cyprian.lib.3. epist.8. alia 59. ad Eudum. Secunda, laetis, & mellis gustatio ad significandam infantiam, quam ex recenti baptismō, & spirituali illius generatione habebant: sicuti dixit Tertullian. lib.1. adner. Marcionem cap. 14. num. 95. & lib. de corona militis cap.3. num. 30. Hieron. dialogo contra Luciferanos, & in princ. cap. 55. Ista. In cuius confirmationem canit Ecclesia. Quasi modo geniti infantes lac concupiscere, &c. & licet mellis mentio facta non fuerit, causa fortè fuit qui loco illius aliquando vinum propinabatur, teste Hieronymo in locum Ista. Tertia, quæ neque antiquitus sicuti vñl firmata, erat lotio pedum in tubidum sanctificationis, vi inquit Ambro. lib. de his, qui mysterii iniunctione cap.6. & lib.3. de Sacrament. cap. 1. Et enim cum Adamus supplantatus fuerit à dæmons, eius aleancio insidiante, opus fuit, ut recens baptizatus ea lorione pedum muniretur, ne illius inuidiis à recepta gracia deficeret. Verum quia hæc locio pedum dignitatem baptismi minuere videtur, eo quod denotat baptizatum non esse plenè, & perfectè mundatum, sed indigere noua illa lortione iuxta illud Iohann. 13. Qui lotus est non indiger, nisi ut pedes laet. Ecclesia Romana hanc ceremoniam nonquam admisit, sicuti reffatur Ambro. supra, eamque concilium Elberitanum can. 48. penitus abrogauit, ut probat Valq. disp. 166. cap. vni. circa finem.

21. Notant vero Doctores neminem executari ab iis ceremoniis adhibendis, eo quod baptismum priuatim urgente necessitate receptoris, sed obligatum esse, si adulitus sit, in minoris eius parentes, seu tutores supradictas ceremonias adhibere. Quia ad expulsionem demonis, illiusque insidias dissoluendas, & tentationes superandas, & ad fidem, & gratiam receptionis conseruandam aquæ conducere possint, ac si simul cum baptismō facte fuissent. Neque obstat demonem baptismō expulsum esse, siquidem peccatum remissum est, insidias illius, & tentationes pro impediendo baptismō diffundas, & supereras, quominus exorcismi effectum habeant, siquidem Ecclesia medius illis intendit à Deo, impetrare perfectam, & perleuerantem dæmonis expulsionem casu quo expulsus sit, & consequenter ne illius temptationibus, & inuidiis lapsarum fidelis à Fide, & Charitate deficiat, & locum diaibolo præbeat. Possunt ergo exorcismi, & à fortiori reliqua alia ceremonia suam significacionem, & effectum habere. Igitur omittit non debent. Sic docent Richard. in 4. disp. 6. art. 6. quæf. 1. Vitald. in candelab. de baptismo. cap. 1. num. 18. Victoria eodem n. 38. Eman. Sa. verba baptismus n. 5. Bonac. disp. 2. q. 2. pun. 7. m. 21. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 8. num. 10. Aegid. de Coninch. q. 66. art. 9. num. 99. colligitur aperte ex cap. hinc regulari. 1. quæf. 1. & cap. 1. de Sacram. non iterand. & ex vñl. & confutudine recepta, & à Romano Rituali approbata.

22. Paul. Laymann. loco allegato testatur baptizatum ab hereticis in infancia, cum iam adulitus ad fidem convertitur non esse solitum in Germania deferri ad Ecclesiam, sed solemnitates in baptismō omisso adhibeantur, ne baptismum ab hereticis ministratum videatur Ecclesia Romana ut minus validum iudicare. As si timor huius suspicitionis, alterius scandali cessaret, credit ipse & bene nullam esse legitimam causam, ob quam predictas ceremonias omittendæ essent.

23. Sed quid si constaret baptismum solemniter ministratum inualidè ministratum fuisse deberent ne repeti eo castissimul cum baptismō ritus, & ceremonia? Negat Henr. lib.3. c. 2. de confirm. num. 1. lit. N. Bonac. disp. 2. quæf. 7. in fine. num. 22. Sua. disp. 31. fæc. 6. §. septimo inquire potest. Aegid. de Coninch. q. 66. art. 9. dub. 1. num. 99. Mouentur, quia esto haec ceremonia ab Ecclesia instituta sit, ut honorificentius baptismus ministretur, at sapè necessarium non est, vñ simul cum baptismō adhibeantur, ut contingit cum baptismus ob necessitatem ab illis ministratur. Illæ ergo ceremonia postmodum ministratare ob relationem ad præcedens baptismus consentur moraliter cum ipso conferti, & quasi ipsu

ornare. Ergo id ipsum præstare poterunt cærementia antecedentes. Confirmatur, ex Innocent. III. cap. 1. de Sacram. non iterandis: vbi Innocent. inquit. In sacramento imprimentibus characterem non esse iterationem faciendam, sed caute supplendum defectum. Cum ergo solum in substantialibus, & non in accidentalibus defectus contigerit, solum defectus substantialis, & non accidentalis supplendus est. Deinde benedictiones in matrimonio inualidè contracto non repetuntur. Ergo neque huiusmodi cærementia repeti debent.

24. Ceterum si baptismus, secluso scandalo, graue baptizati damin publicè celebrari potest, existimo probabilis cærementia, & ritus repetendos esse, ne baptismi debitus cultus, & ornatus deficiat. Ob hanc enim cauam præcipue sunt ab Ecclesia prescripti. & imperati. & ita docent D. Antonin. 3. part. 13. cap. 14. §. 22. Bartholom. ab Angelo de Sacram. dialog. 2. §. 69. Henr. sibi contrarius lib. 2. cap. 15. num. 4. Reginald. lib. 28. n. 3. & alii.

25. Neque rationes in contrarium vñgent. Ex eo namque quod baptismus in necessitate collato sine cærementio cærementia potest adhibeantur, nequaquam inferni potest baptismi repetito cærementia repetendas non esse, quia cærementia sunt baptismi accessoria non vñcunque, sed debitam illius administrationem ornantes, & componentes, ac proxime de eo repetito, repeti debent. Secus vero est in beneficii onibus nuptialibus, quæ instituta non sunt ad ornandum matrimonium, cum actu contrahitur, sed supponunt contractum, illudque proficiunt. Minus virget textus in c. 1. de Sacram. non iterand. Fator namque iterandum non esse, quod ritus factum est, nisi sit accessoriū illius, quod repeti debet. Cum autem cærementia sunt accessoria baptismō, & proper illius legitimam administrationem instituta, ex repetito sunt repetenda.

PUNCTVM XIII.

De unitate Baptismi.

1. *Baptismus unus est unitate specifica.*
2. *In singulis subiectis unus est numero, nec multiplicabilis.*
3. *Stante dubio rationabilis de valore baptismi repeti potest.*
4. *Quale sit hoc dubium.*
5. *Qualiter dubium rationabile cognoscetur.*
6. *Quid dicendum de infante exposito.*
7. *Quid de baptizo domi ab obsecricibus.*
8. *Quid de infante nato, & educato inter se fideles, vel infideles.*
9. *Vulnus cepitis fide dignus baptismum probat.*
10. *In cassibus, in quibus repeti potest baptismus ex obligatione est recipiendus.*
11. *Adultus probabiliter dubitans de baptismō obligatur repetitionem procurare.*
12. *Qualiter baptismus repetendus sit.*

1. **V**estio esse potest de dupli unitate specifica, & numerica. Si de unitate specifica loquuntur. Fide certum est Sacramenti baptismi unum esse unitate specifica, atoma, ex illo Paul. ad Ephes. 4. Vnus Deus, una fides, vnum baptisma. Secuti explicit Hieronym. ibi 1. 6. & Chrysost. serm. 11. Ambro. lib. 2. cap. 2. de paniente. Et constat ex Trident. decidente septem tantum sacramenta esse, cui definitioni obstante plura baptismina. Neque obest huic unitati, quod baptismina aliquando aspergente, aliquando immersione celebretur, quia hæc sunt differentiae accidentales ablutionis, cum corpus qualibet ex illis perfectè abluatur, & effectus significatus, & cauatus idem omnino sit. Solum obstat potest vulgaris illa diuisio in baptismum aquæ, fluminis, & fangiñis, cuius meminit. Thom. quæf. 66. art. 11. & 12. Magister in 4. disp. 4. & ibi ferè omnes expoſitores. Verum illa non est diuisio baptismi sacramenti, sed est diuisio baptismini seu ablutionis ut sic, & non vnuoca, sed analoga. Solum enim baptisminus fluminis, seu aquæ est sacramentum, reliqua vero sacramenta non sunt sed baptismini sacramenta vices gerunt, & illius defectum supplerent, eaque de causa baptismini nuncupantur. Et enim impeditus fuscipere baptisnum, si vñrum illius habeat in contritione, seu dilectione Dei super omnia inclusum, gratiam, & remissionem cuiuscunque culpe consequitur, qui est effectus proprii sacramenti baptismini, & à fortiori hanc effectum habebit, si vitam pro Christo posuerit, iuxta illud. Nemo maiorem charitatem habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ergo baptisminus fluminis, sanguinis vices baptismini sacramenta gerunt, ipsa tamen sacramenta non sunt quia non sunt signa à Christo instituta ad remittenda peccata, & gratiam conferendam. Baptisminus enim fluminis, qui est contritio, vel dilectio Dei super omnia neque est signum lenitissime, neque à Christo institutum ad peccatorum remissionem, sed vi sua peccata remittit, & gratiam conferit. Baptisminus

vero

vero sanguinis, qui est martyrii non ex institutione Christi, sed ex priuilegio ob excellentiam ipsius operis idipsum praestat, id eoque baptisata appellantur, eto sacramenta non sint, quod sequenti puncto latius confirmabimus.

2. Si vero de vinitate numerica baptisimi sermo sit, constat multiplicatis subiectis baptisima multiplicari: in singulis tamen unicum est, neque illa ratione multiplicari potest. Sic definitum est in can. 47. alia 47. Apostol. & a Leone. I. epif. 37. alia 35. cap. 1. ad Leonem Rassenatem, & epif. 79. alia 77. ad Nicetan. & in concil. Carthagin. I. can. 1. & ab Eugen. 4. in concilio Florent. decreto fidet. §. quinto Ecclesiasticorum, & tandem à Trident. sett. 7. can. 9. & 11. Ratio huius veritatis est Christi institutio. Congruentias expendit optimè D. Tho. quaf. 66. art. 9. illaque delimit ex significacione, & effectu, quem habet baptisimus. Etenim baptisimus est spiritualis hominis regeneratio, qua peccatis mortuus iustitie viuit. Cuicunq; autem hominis unica tantum est generatio carnalis. Ergo unica tantum debuit esse spiritualis generatio. Deinde baptisimus Christi mortem, & sepulturam significat, secundum illud ac Rom. 6. Concepisti enim sumus cum illo per baptisimum in mortem: & ad Colossens. 2. concepisti ei in baptismo. At Christus Dominus semel tantum mortuus est, & sepultus, ergo baptisimus semel tantum suscipiens est. Alias bis baptisimum iulcipientis in semetipsa rursum Christum crucifigeret. Denotans non semel tantum crucifixum esse. Neque obstat Eucharistia repeti, tametsi Christi mortem significat, quia vi benē ait D. Thom. dictio art. 9: ad 5. Eucharistia non commemorat mortem Christi, per modum spiritualis generationis, sicut baptismus, sed per modum coniuixi. Cum autem coniuixi sapienteratur, non item generatio. Baptismus repeti non potest, bene tamen Eucharistia. Item baptismi vnitum Christo, & illius membrum efficiuntur, sub tanto duce militamus, in cuius signum baptizato conceditur character. Non igitur eo concepsit est locus repetitionis, alias repentes denotare priori baptismo non esse perfecte Christo vnitum & illius membrum efficiendum, in suamque militiam adscriptum. Denique baptisimus ad remissionem peccati originalis per se primo institutus est, tametsi ex consequenti actualia, si extiterint, remittat. Et in qualibet subiecto unicum est originales peccatum. Ergo unum oportunit esse baptismum, qui licet aliquando ex incapacitate sufficiens remissionem illius peccati non operetur; id per accidens est, virtutemque sacramenti non diminuit, ac proinde attendi non debet, ex se tamen operari remissionem poterat, & de facto operatur fictione receudente.

3. Huic tamen vinitati nullatenus obstat repetitio baptisimi sub conditione stante dubio, an fuerit collatus, quia vt reget dicitur in cap. solemnitatis. I. dif. 1. de consecrat. talis trepidatio non facit iterationem, quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur esse factum, & expeditus cap. veniens de presbitero non baptizato ibi. Non intelligitur esse iteratum, quod ambiguitate factum. Debet tamen dubium rationabile esse, id est ratione confonum, & homine cordato dignum: alias illicite baptisimus repeteres etiam sub conditione, utroque qui materialiter, & formaliter illius dubium, & incertum profectus nulla existente necessitate, & insuper occasionem præbes suspicandi irrisoriæ conditionem apponere, & baptisimi repetitionem credere, & velle. Sic docent Aegid. de Coninch. quaf. 66. art. 9. sub. 1. num. 91. Suar. difp. 22. sett. 2. vers. sed quares. Valq. difp. 146. cap. 4. & num. 20. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 5. num. 3. Valent. 4. difp. 4. q. 1. punct. 4. vers. quod si dubium. Bonac. de sacram. in genere. difp. 1. q. 2. p. 1. num. 36.

4. Hoc dubium rationabile duplex est: potest iuri, & facti. Dubium iuri est cum constat baptisimum tibi esse collatum, sed sub dubia forma, vel materia, vt si collatus tibi esset baptisimus sub nomine genitoris, geniti, & procedentis, ab utroque, vel minima tantum corporis parte absoluta, vel pelle secundaria circumdata, de quibus supra diximus sub opinione positum est, sicut vera baptisimata. Dubium facti est, quando nescitur, an baptisimus collatus sit, neque oportet dubium esse negarium, sed positivum sufficit contingens ex eo, quod rationes probables adiungunt persuadentes baptisimum esse collatum, vel non esse collatum sub debita forma, vel materia, quod idem est quod præfens attinet. Quodcumque igitur ex his dubiis intercedat, baptisimus etio conditione rependens est, quia & proximo subvenit in re maximè necessaria, & faciat me reuekenja non leditur. Sic testantur fidei omnes Doctores cum D. Thom. q. 66. art. 9. Valq. ibi difp. 146. cap. 4. num. 9. Suar. difp. 22. sett. 2. circa finem, Aegid. de Coninch. sub. unico num. 91. & alii 4 passim, definiturque a Leone I. epif. 37. ad Leonem Episcopum Rassenatum, & in concil. Carthagin. 5. cap. 6. & ab Alexand. 3. in cap. de quibus de Baptisma. Qui licet de dubio facti loquuntur, quia tamen eadem est causa repetitionis, cum est dubium iuri, idem in utroque causa est dicendum, vt recte Valq. supra.

5. Quod si roges qualiter cognoscere possis rationabile du-

Ferd. de Castro Sum. Mor. pars IV.

bium adesse an baptisimus ministratus sit. Respondeo in dubio iurius spectandum esse, an pro contraria parte sit opinio probabilis, ea enim stante probabiliter iudicatur baptisimum collatum non esse, & consequenter prudenter illius repetitionem fieri ad hanc dubitationem tollendam, & periculum remouendum. De dubio facti nulla firma regulâ dari potest, sed prudentis arbitrio est iudicandum, quando rationes, & conjectura adiutant probabilitatem persuadentes baptisimum ministratum non esse. Placer tamen expendere communiores casus, ex quibus alios decidere poteris.

6. Primus est de infante expoito, qui si reperiatur absque testimonio baptisimi baptizandus est sub conditione, quia sat prudenter preluminatur baptizatum non esse, siquidem commune est his in infantibus baptizatis testimonium habere. Sic Sotus in 4. q. 3. dif. univ. art. 9. 8. fit preservare. Valq. difp. 146. cap. 4. num. 26. Paul. Laymann. lib. 5. sum. 2. c. 5. Vers. dubium iuri. Bonac. difp. 1. de sacram. in genere quaf. 2. punct. 1. n. 40. Limitat autem Sotus, & Valq. nisi expolitus esset in exactate, in qua omnes sunt baptizati, quia rationabiliter presumi non potest a tanto beneficio reliquis omnibus concessu exclusus. Si vero expolitus sit eius schedula restante baptisatum, tametsi manu aliquius subscipta non sit, neque baptisimus etiam sub conditione repeti, quia testimonium illud moralem certitudinem inducit, neque enim rationabiliter credi potest parentes, seu tuatores illius, qui Catholicis esse presumuntur, cum inter Catholicos, & fideles reperiatur expolitus, filius, vel unum velle tanto sacramento priuare, Secus vero esset, si inter infideles esset expolitus, vel aliqua adesse rationabilis conjectura a pagani, & haereticis expolitum esse. De his enim presumi facili potest deceptio, ne baptisimus rite Catholicis conferatur. Sic tradunt Sotus, Valq. Paul. Laym. & Bonac. supra.

7. Secundus casus est de infante domi baptizato ab obstetricibus, allisque rudibus personis, que si a Parochio examinata iuxta decretum Catechismi Romani 2. p. c. 2. §. 45. quater baptisimum ministraverint, bene, & firmiter non respondeant, est baptisimus omnino iterandus. Et idem credo, si obstetricae fuerint venefica, sive maleficæ, quia satis prudenter presumi potest baptisimum male fuisse administratum, ob quam cauila non est facile damnanda consuetudo aliquarum dioecesis maximè Antuerpiensis prescribens omnibus iis infantibus ab obstetricibus baptizatis baptisimus sub conditione repeti, qui regulariter adest periculum invalidi baptisimum ministratum esse in regionibus haesi infectis. Et in casu dubio, semper in fauorem parvuli inclinan- dum est. Seclusus vero supradictis rationibus dubitandi nequaquam baptisimus rependens est, ex eo quod fuerit ab obstetricibus collatus, quia hic modus conferendi baptisimum non praestat sufficientem dubitandi rationem de illius iniqua administratione. Sic Aegid. de Coninch. qu. 66. art. 9. dub. unico n. 9. & seqq. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 5. num. 3. Valent. 4. difp. 4. q. 1. punct. 4. vers. quod si dubium. Bonac. de sacram. in genere. difp. 1. q. 2. p. 1. num. 36.

8. Tertius casus est de infante nata inter fideles, arreptus ramen ab infidelibus, & ibi nutritus, qui si nullus adit qui baptizatum esse refutet, presumi rationabiliter potest baptisatum non esse, ac proinde sub conditione est baptisimus rependens. Est decisio Gregor. 13. in epif. 4. ad Bonifac. quæ referuntur in cap. parvulos de consecrat. dif. 4. & concil. Carthagin. 5. cap. 6. relati in cap. placuit eadē causa, & quaf. Secus vero est de eo, qui inter fideles educatus existit, quia ablique grauissimis indicis, & conjecturis credi non potest ei non esse baptisatum collatum, sicut definiri Innocent. III. in cap. veniens de presbitero non baptizato. Sic suffit Sot. difp. 22. sett. 2. in fine Aegid. de Coninch. Bonac. Valq. Laym. locis allegatis.

9. Adterro stante unico teste omni exceptione maiore de baptisimo testificante nullatenus baptisimum esse rependum: quia dum hoc testimoniūm contrariis indicis, & conjecturis non infinitatur, moralem certitudinem inducit. Ob idque Leo I. epif. 37. dixit baptizandum eum, qui cum generationis fit cupidus, nec recordatur se baptizatum, nec alter attestari de eo posse. Conferunt Gregor. I. 1. relatus in cap. parvulos de consecrat. dif. 4. & tradit. Sot. difp. 22. sett. 2. sub. finem. Aegid. de Coninch. q. 66. art. 9. num. 97. Bonac. difp. 1. de sacram. in genere. q. 2. pun. 1. in fine. Valq. difp. 146. cap. 4. pos. num. 14. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 2. cap. 5. circa finem. Quod non solum in foro conscientiae, sed etiam in exteriori verum habet. Quia recepta sententia est in iis, quae alteri non præjudicant unico teste plenam probationem fieri. Sicuti tradit Macfar. de probacionib. in proximio. q. 11. num. 14. Farniac. in prax. crimin. q. 63. num. 26. & in catu præsentis decuit optimè Paul. Comitol. responsum. lib. 1. n. 5. Neque his obstat texus in cap. placuit de consecrat. dif. 4. ex cōcilio Carthaginem. 5. cap. 6. dicitur absque vlo scrupulo eos esse baptizandos, quoties non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur. Non enim inde inferri debet unicum testem insufficiemtē esse. Nam concil. dixit quid faciendum sit pluribus testibus examinatis de

De baptismo sanguinis, seu de martyrio.

baptismo non deponentibus, nihil tamen dixit, quando vnu ex illis certo depone ret. Etenim cum nullus deponit, verissimum est certissimos testes non inueniri.
 10. Sed an in supradictis casibus, in quibus baptismus repeti possit, teneantur parentes infantis repetitionem procurare, & Parochus requisitus, vel eo deficiente quilibet alias Sacerdos concede? Difficultate non caret. Satis enim videtur charitati proximi satisfacere, si in necessariis ad salutem mediob probabili succurramus, tametsi omnino certum omittamus, quia eo ipso quo medium probabile sit, cessat periculum mortale damnationis. Alias & ipse baptizatus, si adulteri est, obligaretur iterum baptizari, & lacramentum penitentiae a Sacerdore, in quo nulla esset incurritudinis suspicio recipere. Nihilominus tanquam certum tenendum est in predictis casibus obligari parentes, seu tutores, procureare baptismi repetitionem, Parochumque requisitus, vel eo deficiente quilibet alius Sacerdotem concedere. Sic docuit Valsq. *disp. 146. cap. 4. a num. 3.* *Egid. de Coninch. qu. 66. art. 9. dub. vn. conclus. 2. num. 101.* Ratio ea est, quia ex charitate tenemus succurrere proximo in grauiissima necessitate constituto, quando id commode facere possumus. Et in predictis casibus est proximus constitutus in grauiissima baptismi necessitate. Tum ne priuatur fructu reliquorum sacramentorum. Tum ne in perpetuum damnetur. Si enim baptismus re ipsa collatus non fuit, reliquorum sacramentorum fructu non suscepit, & decadens absque contritione damnatur. At haec grauiissima damna prudenter timetur eo ipso quo probabiliter iudicatur baptismum collatum non esse. Ergo ex Charitate obligantur parentes, & Parochi sic dubiter baptizato succurrere.

11. Ob eandem rationem aduersus Valq. existimo adulturn de suo baptismo probabiliter dubitante obligatum esse baptismi repetitionem sub conditione procurare, quod fieri possit. Tum ob reuerentiam sacramentis debitam, cum praecipue ob charitatem propriam. Quilibet enim tenetur pro sacramentis suscipiendis esse dispositio dispositione ab Ecclesia prescripta. Vna autem, & praecipua dispositio pro sacramentorum susceptione est baptismus certus non dubius, & probabilis, si quidem stante dubio, & probabili prescribitur rependens. Ergo ob reuerentiam sacramentorum recipiendorum tenetur adulturn dubitanus probabilitate de suo baptismo iterum sub conditione bap. zari. Deinde hanc obligationem subiicit ob charitatem propriam, aduersus quam videatur procedere se periculo probabili damnationis expons, ut verè exponitur, si baptismus re ipsa collatus non sit, nec contritionem habet. Neque percipio qualiter possit contritionem habere, si absque graui causa renuat incertitudinem sui baptismi rollere, certum recipiendo. Sic docuit Egid. de Coninch. *q. 66. art. 9. dub. vnico circa finem num. 104.* Vide dicta tract. 1. de conscient. *disp. 2. p. 5. praecipue num. 4.* & tract. 6. de charit. *disp. 1. p. 9.*

12. Qualiter autem baptismus repetendus sit (casu quo repeti debet) traditur in *cap. de quibus 2. de baptismo ibi.* Si baptizatus es non te baptizo. Sed si nondum Baptizatus es, ego te baptizo. Nullum autem existimat esse peccatum, si solum viuuntiam patrem profetes, quia satis declaras te nolle baptismum conferre, si baptismus collatus fuit, immo si baptismus secretus administrandus est, sufficit conditionem mente concipere, esto expedit maximè verbis profere. Sic tradit Abbas, aliquis expositoris in diuerso cap. Et expressius Sua. *disp. 22. sect. 2. vers. sed quares.* Valq. *disp. 146. cap. 4. in princ.* *Egid. de Coninch. qu. 66. art. 9. dub. vnico. num. 98.* Paul Laymann. *Lib. 5. sum tract. 2. c. 5. n. 3. vers. porr.* In hac sacramenti conditonata repetitione scandalum semper vietandum est quoad fieri potest. Quare si occasio repetendi baptismum non fit publica, sed secreta, baptismus in Ecclesia foribus clausis ministrandus est, praefentibus tantum patrino, & parentibus, vel tutoribus baptizari, quibuscum declaranda est a ministro causa repetitionis & baptismus sub expressa conditione concedendum. Sic relato Zambrano de sacramen. *cap. 1. dub. 4.* & Joanne Chapeauilla de modo administrandi sacramenta temp. pest. *cap. 1. qu. 1. tradit Laym. lib. 5. sum tract. 2. cap. 5. in fine.*

P V N C T V M XIV.

De baptismo sanguinis seu de Martyrio.

Diximus superiori puncto martirium baptismum nuncupari, quia vices baptismi gerit remissionem peccatorum martyri concedens. Videndum in presenti est qualiter martyrum haec operetur tum in parvulis, tum in adultis.

§. I.

Qualiter parvuli Martyrio iustificari possint.

1. *Martyrium parvulos iustificat à peccato originali.*
2. *Proponuntur quedam obiectiones.*
3. *Fit illis satius.*

1. **E**t quidem, ut à facilitioribus incipiamus Martyrium quod est more pro Christo suscepit virtutem habet iustificandi parvulos à peccato originali. Si ex communissima sententia restantur D. Thom. 2. 2. *quaest. 124. art. 1. & quodlib. 9. art. 4.* Suar. *disp. 19. sect. 1.* Valq. *disp. 153. cap. 7.* *Egid. de Coninch. qu. 66. art. 12. dub. 1. conclus. 1.* libique pluribus Patrum testimoniis exhortant, praincipu Leonis l. *serm. 1. de Epiphani Cyprian. serm. de Stella. & Magis circa finem.* Augustin. *lib. 2. & 3. de symbolo ad Catechumenos cap. 3. epist. 28. ad Hieronym. post. med. Bernard. serm. 66. in Cant. post. med.* Ratio definiuntur ex eo quod Ecclesia non solum ut iustos, sed etiam ut martyres veneretur infantes ab iniquo Rege Herode interfectos in odium Christi Domini. Inde enim aperte colligitur oecismus in odium Christi, cuiusque fidem, non solum Deo charum esse, sed verè esse martyrem. Quod si dicas ideo martyres fuisse innocentes pro Christo oecismos, qui circuncisione iustificati erant, obstat, quia verisimile non est omnes circuncis os fuisse, cum plures ante 8. diem natiuitatis creduntur oecisi. Deinde non esset verum martyrium vices baptifini gerere, effeque illo praestantius, sicuti passum docent Patres teste D. Thom. q. 66. art. 11. & 12. Ergo Martyrium vim habet martyrem iustificandi. Hanc autem vim obtinet martyrium ex speciali Dei priuilegio tanto operi debito, ut colligatur ex illo Marc. 8. Qui perdidit animam suam propter me, & Euangeliu saluam faciet eam, & Luca. 12. vivificabit eam. Et tradit Cyprian. *lib. de laudib. Martyr. in fine.* Clemens *Apostolicar. constitut. lib. 5. cap. 5.* Augustin. *lib. 13. de ciuit. Dei cap. 8. & aliib.* Ex quo sic non solum infantes iam natum, sed etiam in utero matris existentem martyrio iustificari posse, quia ibi constitutus perdere vitam propter Christum potest. Quia in re excedit martyrium baptismo, baptisimus namque suscipere non potest in utero existens, quia nequit aqua rinki, bene ramen martyrium, quia potest occidi. Sic relatis Richard. Scoto, Gab. Paludan. docet Valsq. *disp. 153. cap. 7. circa finem.* *Egid. de Coninch. qu. 66. art. 12. dub. 1. num. 123.* Suar. *disp. 19. sect. 1. conclus. 1.* Henric. *cap. 8. num. 7.* Bonac. plures referens *disp. 2. q. 1. p. 1. n. 7.*

2. **O**biciens Trident. *sess. 6. cap. 4.* definiens translationem à peccato ad gratiam sine lauacro regenerationis in re, vel voto fieri, eaque de causa. *sess. 7. can. 5.* inquit. Si quis dixerit baptisimus esse liberum, hoc est non necessarium ad salutem, anathema sit. Ar si parvuli ante vultum rationis occisi martyrio iustificantur, baptisimus necessarius non est, ut à peccato ad gratiam sit translatio, cum ipsi baptisimi votum habere non possint. Secundū obiciens martyrium sacramentum esse, quia est signum gratiae iustificantis ex diuina promissione non viciunque sed practicum, & operatum saltem moraliter. Tertiō non appetat, quo tempore martyrium iustificare parvulos possit, quia non potest iustificare, quoque in suo esse sit constitutum. At non est constitutum, quo usque mors succedit; si vero succedit, extra viam parvulus constitutur, & consequenter incapax iustificationis acquerit.

3. **S**ed haec non urgunt, ut à communi, receptaque sententia recedamus. Ad primum fateor sine lauacro regenerationis iustificationem non esse via ordinaria, & communi, lecū vla extraordinaria; & priuilegiata. Ad secundū nego esse sacramentum, quia sacramentum ex sententia Eugenij 4. in concil. *Florest decret. fidei post vlt. sess. 5. quinto.* Constatere debet materia, forma, & ministro ad sacramentum confendum deputato. At martyrium non constat materia, forma, & ministro, qui per Christum deputatus sit ad martyrium confendum, cum tyranno à diabolo, & non à Christo deputetur, & moueat ad martyrem occidendum. Præterea non est remedium à Christo Domino in remissionem peccati institutum, siquidem non pro libertate suscipi potest, sed est remedium peccati ex meritis Christi concessionem calu quo aliquando contingat: id eoque à ratione sacramenti deficit. Cum vero virges esse signum saltem extraordinarium rei sacrae, ac prouide sacramentum. Respondeo non esse signum rei sacrae: quatenus à tyramo infertur, sed quatenus à Martye suscipitur. Ad sacramentum vero requiritur necessarium, ut sit signum gratiae sanctificantis, quatenus alicui per ministrum applicatur: quia ipse est, qui eo signo virtut ad gratiam significandam, & conferandam: non autem qui signum recipit, esto ad illud subspicendum se disponat. Tertium argumentum

argumentum petit quo tempore martyrium gratiam conferat? Et quidem si verum est dari ultimum instantis vita, in quo homo sit, & immediate post definat esse, manifestum est eo instanti martyrium operari suum effectum posse, quia eo instanti vita hominis terminatur. At quia in philosophia prohibitus est non in tempore, sed in instanti dissolutionem animae a corpore fieri, cum generatio nouae formae substantialis non in tempore sed in instanti contingat, necessario martyrium, ut suum effectum operetur, non mortem homini actu exercitam requiret, sed futuram. Sed qualiter debeat esse futura, non conuenient Doctores. Plures existimant, si secundum ordinarium cursum necessarii futura sit sufficere, ut martyrium suum effectum operetur, quia moraliter loquendo ut mortua repudari debet, cum sit mortuus in causa, siquidem causam in se habet violentiam, & necessariam mortis. sic Lessius, lib. 3, cap. 1, dub. 5, num. 59. Suar. disp. 29, sect. 3, vers. fin. Henr. lib. 2, cap. 39, num. 2. Bonac. disput. 2, de baptismo quæst. 1, punct. 3. Sed hoc verum non existimo. Nam inde sequeretur martyrij effectum habere, & martyrem esse, qui secundum ordinarium peccare mortaliter, & condemnari possit, siquidem posset longo tempore ante mortem vulnus lethale recipere, sicuti contigit vni ex 40 martyribus, qui in martyris defecti, cum iam naturaliter viuere non posuit. Quod sine dubio est inconveniens. Quocirca credetem ad martyrium, illiusque effectum fulciriendum non solum requiri vulnus lethale acceptum esse, naturaliterque viuere hominem non posse, sed insuper esse necessarium, ut ex vulnera accepto sit vulnus sensuum, & libertatis amittat, ut extra miraculum nullatenus ea recuperari possit. Tunc enim verè, & propriè dici potest mortuus secundum moralem estimationem, quia rationali vita quadam vivit.

Sic Aegid. de Coninch. questione 66, articulo 12, dub. 13.

§. II.

Qualiter adulti martyrio iustificantur,
& ad illud suscipiendum sint
disponendi.

1. Proponitur dubitandi ratio, ob quam adulis martyrium non remittat peccata ultra meritum operantis.
2. Statutior conclusio contraria.
3. Quid sit pati propter Christum.
4. Non requiritur ad Martyrium actum charitatis, & dilectionis Dei super omnia procedere.
5. Satisfit cuidam obiectio.
6. In adulis debet procedere libera acceptatio.
7. Probabile est nullam specialem, & expressam acceptationem requiri.
8. Adulsi iustus mortem pro Christo sustinens obtinet remissionem peccatorum venialium, & paenarum, que pro peccatis debentur.
9. Qualiter adulsi peccator se ad martyrium disponere debet.
10. An attrito sufficiat ad effectum martyrij obtinendum? Arguitur pro, & contra, & resolutur.

DE adulis maior est dubitatio, qua ratione martyrium in ipsius effectum baptismi operari possit. Nam si scelus operantis merito ex vi martyrij suscepit remissionem peccata, & gratia confertur, obligatus non esse adulus peccator, cui occasio martyrij offertur contritione habere, neque sua peccata confiteri, siquidem martyrio obcinete iustificationem posset, ob quam obtinendam penitentia adulsi peccatori necessaria est. Deinde si martyrium remittat peccata, & gratiam confert ultra meritum operantis, necessario cum virtutem habere debet ex diuina promissione, ac haec promissio nullibi constat. Nam est. Matth. 10. dixerit Christus Dominus: Omnis qui confitebitur me, coram hominibus, confitebor & ego eum coram. Patre meo; non de quacumque confessione, sed de confessione, que sit amittendo vitam propter Christum intelligi debet, vt ex verbis immediate frequentibus colligetur: Qui perdidit animam suam propter me inueniet eam. Et Math. 8. salutem faciet eam. Nullus autem propter Christum vitam perdit, qui Christum non diligit secundum illud Iohann. 13. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat qui pro amicis suis. Ergo soli martyrio in charitate fundato salus, & anima viuiscat, concedetur, ac proinde non tam martyrio, quam charitatem, que ei adiungitur. Constatim posse ex 1. ad Corinth. 13. vbi Paulus commendans charitatem inquit. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Nihil enim prodest ad salutem quicunq[ue] tormentorum passio, que difficiuntibus, & multis inimicitibus inuoluitur, sicuti inuoluit erant Corinthij ad quos Apostolus scribat. Prodest tamen ad salutem si ex charitate procedat, vel charitati coniuncta sit, sicuti fides, spes, pietas, & misericordia ad salutem prostant, si cum charitate coniungantur, tamen ex charitate non procedant.

5. Neque his obstant verba Christi Iohann. 15. Maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Solum enim inde inferatur neminem efficacius signum charitatis, & amoris in amicos praebere posse, quam si animam suam ponat pro eis. Non tamen ex illis inferatur ad ponendam animam opus esse directione præparati, nisi forte ob lolan gratiam amici eam exponat. Neque item obstant verba Pauli, 1. Corinth. 13. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Nihil enim prodest ad salutem quicunq[ue] tormentorum passio, que difficiuntibus, & multis inimicitibus inuoluitur, sicuti inuoluit erant Corinthij ad quos Apostolus scribat. Prodest tamen ad salutem si ex charitate procedat, vel charitati coniuncta sit, sicuti fides, spes, pietas, & misericordia ad salutem prostant, si cum charitate coniungantur, tamen ex charitate non procedant.

6. Dispositio autem, quam habere debet adulus ut martyrium suum effectum operetur, videtur esse voluntas saltem habitualis martyrium subeundi, qui scelus hac voluntate non est opus liberum, & premio dignum. Neque obstat quod in infantibus non requiratur haec libera acceptatio, quia Ecclesia nomine ipsorum acceptat ob eorum imponentiam. At nullum est fundamentum, ut in adulis credamus hanc acceptationem. Tum quia adulti propriam voluntatem habent. Tum quia ad baptismum propria se voluntate disponunt, a fortiori ad martyrium se disponere debet, & ita vi-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I V.

D 3 derus

De Baptismo sanguinis, seu de martyrio.

derur sustinere D. Thom. 2.2. q.12.4. art.1. & ibi Caetan. art.2.
 Henr. lib.2. cap.34. n.2. & cap.36. num.1. Bonac. disp. 2. q.1.
 p.1. num.5. Suar. disp.29. sect.2. vers. in hac re, & sect.3. pos.
 princ. Paul. Laym. lib.3. sect.3. n.4.
 7. Nihilominus censeo probabile esse nullam specialem, &
 postiuam martyrij acceptationem voluntariam esse requisiti-
 am, sed ex eo tantum quod adultus martyrio subeundo non
 repugnauerit, credo martyrem esse, & martyrij effectum
 consecutum. Moueo, quia sine expressa martyrij voluntate
 perdere vitam adultus porrectus Christum, sicuti
 perdit infans. Neque in scriptura est aliquod fundumentum,
 quo hac voluntas in adultis potius quam in parvulis requiri-
 ratur. Argumentum vero, quod ex baptismō defumitur ineffi-
 cax est. Nam adultus per baptismum Ecclesia praecepis,
 subditus, nonum vitæ statum erit. Congruum ergo erat
 ut voluntarie eligeret, cum voluntatem habeat. At martyrii subeundo
 martyrium nec nouum statum eligit, nec nouis prae-
 ceptis se subdit. Item baptismus in remedium cum peccati
 aliena voluntate commissi, quale est originale, tam propria
 quale est actuale institutus fuit. Conveniens ergo fuit ne effec-
 tum haberet in his, qui propria voluntate peccata commi-
 serunt, vel poterunt, committere abique ipsorum voluntare.
 At martyrium in remedium peccati institutum non est: ta-
 mesi ex liberalitate Dei in premium tanci operis peccata remittantur. Non igitur propria voluntas expostulanda est. Et
 ita tradit Aegid. de Coninch. q.66. art.12. dub.2. concl.4.
 8. Ex his manifeste colligitur adultum iustum mortem pro
 Christo patientem remissionem omnium peccatorum venia-
 lium, & penas pro peccato, debitas obtinere, tametsi dormi-
 ciens occidatur, sicuti tradit expressè D. Thom. 3. p. quæ. 66.
 art.12. & q.8; art.1. & quæf. 87. art.1. ad.2. & utroque Ca-
 teran. Aegid. de Coninch. quæf. 66. art.12. dub.2. conclus. 4. col-
 ligiturque ex cap. cum Marthæ de celebrat. missarum §.3. Ratio
 est, quia cum nullius peccati complacentiam habeas, nulla-
 tenus obicem ponis gratia recipienda. Tum quia martyrium
 à sanctis Patribus baptismo comparatur, & anteponitur. At
 baptismus incho collatus remittit omnem venialeculam, cuius
 complacentiam non habet, & penas pro peccatis debitas. Ergo idem est martyrio concedendum. Teneris tamen,
 si baptismus nondum recepti baptizari, si commode possis,
 quia baptismus est inedium à Christo institutum in peccati
 originalis, & actualis ante ipsum commissi remissionem,
 quod nequis omittere abique graui culpa ob præceptum di-
 uinum de illo suscipiendo impositum, tametsi cognosceres
 ex diuina revelatione gratiam contritione obtinuisse. Sic
 Aegid. de Coninch. q.66. art.12. dub.2. n.127.
 9. Si vero peccator sis, tisque peccati sis conscientia teneris
 imprimis penitentia sacramentum suscipere, non tanquam

martyrij dispositionem, sed ut præceptum diuinum impleas
 de peccatorum confessione in extremo vita periculo facien-
 da. Sic Aegid. loco allegato. Si vero non sit locus sacramenti
 penitentia suscipiendo obligatus ex sub graui culpa ad con-
 tritionem conari, neque sufficit, si te ad martyrium attritione
 disponas: quia factis probabilis sententia est affirmans mar-
 tyrium in adulto peccatore effectum non habituru, nisi prius
 se per charitatem disposerit, ut multis allegatis probat Valsq.
 disp.153. c. 3. 4. & 5. At factis imprudenter te gereres, & con-
 tra charitatem propriam, si martyrio subeundo te exponeres
 missa charitate, ex qua secundum probabilem opinionem est
 effectum habitatum, cum illius omissione te possit in interitum
 sempiternum constitutre. Sic Aegid. supra. Quod si tui peccati
 conscientia non sis, nullatenus martyrium effectum habere po-
 terit, quia expressè, vel virtualiter illius detestationem ha-
 beas, quia penitentia virtus omni tempore fuit ad gratiam
 obrinendam necessaria, ut definit Trident. sess. 14. cap.1. &
 merito scilicet enim propria voluntate à Deo auertitis, & quoniam
 est, ut propria voluntate te ad illum conuertas, attritione fal-
 tem, & profecto firmo, & absoluto nunquam peccandi.
 Quod propositum includum esse videtur in voluntate sub-
 eunde mortis, ne Deum grauite offendas, ne eius glorian
 amitas, vel damnationem incurras, siquidem stante hoc pro-
 positione nullum committere peccatum mortale potes.

Sed an attritus, vel ea voluntas subeunda moris sufficiat,
 ut ad effectum martyrij suscipendum confesaris dispositus
 Varij doctores. Negativam partem sustinet Valsq. pluribus
 exornat. dicta disp. 153. c. 3. 4. 5. & 6. Paul. Laymann. lib.3.
 summa. sect.3. n.6. cùm defendunt plures relativi ad Henr. Lefsi. Suar. & alii statim referendis. Mihil tam probabili-
 or est affirmatio sententia, quam sustinet Suar. disp. 29.
 sect.3. concl.2. Bellarm. cap.6. de baptismo. Henr. lib.2. cap.
 34. n.3. & cap.36. num.1. Aegid. de Coninch. q.66. art.12. dub.2.
 conclus. 5. n.14. Leffius lib.3. c. 1. n.4. Bonac. disp.2. de baptis-
 mo. q.1. p.1. n.8. Et colligitur ex D. Thom. in 4. disp.4. art.3. q.4.
 Ratto ea est, quia sancti Patres, ut ex supradictis coafat,
 concedunt martyris vim efficacorem remittendis pecca-
 tis, gratiisque confertenda, quam baptismō. At baptismus sola
 attritione dispositus remittit peccata, & gratiam confert.
 Ergo martyrium id ipsum praeflate debet. Neque inde fit sola
 attritione cognita, si conscientia peccati mortalis, & eff. ritè
 dispositum, sicuti elles ad baptismā suscipendum. Quia eo
 casu ex præcepto diuinio ob periculum probable aeterna
 damnationis teneris conati ad contritionem. Non enim ita
 certum est Martyrio remitti peccata atritis, sicuti per bap-
 tismū, & penitentiam, quæ sunt media à Christo Domino
 ad hunc effectum instituta.

TRA